(2)

# Uenerabilis inceptoris fratris Gulielmi de villa Hocchā Anglie: achademie Nominalium Principis Summule in lib. Phyſicorum adſunt.

¶ Cum grā vt patet in ſuis priuilegijs.

¶ Laus deo optimo maximoq̨.



¶ Frater Auguſtinus Fiuizanenſis ſtudioſo lectori. S. P. D.

GUlielmi cognomento Occham in phyſicam Ariſtote-
lis auſcultationem cōmentarios: an̄ quidem impreſſos
nuper vero ꝙ̃ diligētiſſime fieri a me potuit emenda-
tos in publicaꝫ vtilitatem emittimus. Non dubito qn
opus hoc vel breuitate: vł acumine ꝓbari tibi in ꝑmis
poſſit: cuꝫ precipue ipſe autor ſi quādo alias: in hac certe parte nihil
ferme reliquerit: quod diligentem lectorem erudire poſſit. Accipies
igitur illos vt dixi emēdatiſſimos: accipies vtiliſſimos deniqꝫ accu-
tiſſime ꝛ conſcriptos: quippe quos Gulielmus ipſe eo ſtudio elabo-
rauit: vt in alijs ingenij ſui preſtantiſſimi monumentis certare cum
alijs in hoc ſecuꝫ voluerit. Et neſcio ſane an vt in alijs omnibus om
nes: ſic hoc in opere ſeipſum vicerit. Uale.



Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Nō mihi mendoſo grāmate verſus eat
Emendare vellis: nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis Bibliopola tuus
Sed turbata magis preſſoris inertia quando
Sera dedit laſſas artibus hora manus.

# ¶ Index eorum que continentur in prima pte huius ſumme philoſophie.

## In capite primo.


1 Scientia nālis ē vna vnitate ordinis. folio pmo col. pma.
2 Phyloſophie naturalis nō eſt vnum ſbm. fo.j.col.2.
3 Scia nālis hʒ duas cās tm̄. fo.j.col.4.
4 Scia nālis eſt ſpeculatiua p maiori pte i'ſ capite hʒ pleraqʒ de praxi. fo.2.col.j.
5 Demonſtrationes nāles ſunt p pluri q2 et non propter quid. fo.2.col.4.
6 Sex ptes phie enumerātur. fo.2.col.4.
7 Mām eſſe pbatur ⁊ foꝛam. fo.3.col.j.
8 Quō materia ⁊ forma ſe habeāt ad generationem fo.3.col.2.
9 Quod puatio n on ſit quid diſtinctum a priuato. fo.3.col.3.
x Quid ſit puatio. fo.3.col.4.
11 Quam diſtōem hēat puatio a materia ⁊ forma. fo.4.col.pma.
12 Duo tm̄ ſunt pncipia rerum nālium ſm rem. fo.4.col.3.
13 Soluūtur dubitatiōes q̄ ſunt ꝯ cōcluſionem ſupra poſitam. fo.4.col.4.
14 Quō pnᵃnālium ſint tria. fo.5.col.2.
15 Materia eſt res actualiter exn̄s in reruʒ natura. fo.5.col.3.
16 Probatur ſupioꝛ ꝯº. fo.5.col.4.
17 Materia eſt in generabilis ⁊ incoꝛruptibilis. fo.6.col.3.
18 Mā eſt vna numero i oibus. fo.6.col.4.
19 Quō mā ſe hēat ad q̄titateʒ. fo.7.col.j.
20 Quō mā ſit cognoſcibilis. fo.7.col.2.
21 Forma quid ſit. fo.7.col.3.
22 Quō foꝛa ⁊ mā pncipiēt res. fo.7.col.4
23 Quō hec duo ſe habent ad generationem. fo.7.col.4.
24 Qō de forme inchoatione. fo.8.col.j.
25 Forma totius deſtruitur. fo.8.col.3.
26 Forma artis nō diſtiguitur realr a re naturali. fo.9.col.pꝛima.


# Index in ſdam ptem ſūme.

## In Capite primo.


1 Cauſa materialis que dicatur ⁊ quot modis. fo.9.col.3.
2 Cauſa formalis qd ſit. fo.9. col. quarta.
3 Cauſa efficiens qd ſit. fo.10.col.pma.
4 Cā finalis qd ſit quō cauſet. fo.10.col.2.
5 Impugnatur q̄dam diſtinctio d cā finali ſcientiarum. fo.10.col.4.
6 Nālia agere pp finē pbatur. fo.11.col.j.
7 Modi cārum narrātur q ſunt capitales q2 quedam propinquioꝛ ⁊ quedam remotioꝛ. fo.11.col.2.
8 Cauſaꝝ quō q̄dam ſit per accn̄s ⁊ q̄dam per ſe. fo.11.col.3.
9 Quō cārum q̄dam in actu ⁊ quedam in potentia. fo.12.col.pma.
x Quō cauſarum q̄dam ſit vl'is ⁊ quedam particularis. fo.12.col.2.
11 Fortuna quid ſit. fo.12.col.3.
12 Caſus quid ſit. fo.12.col.4.
13 An idem poſſit poni ſub diuerſis generibus cauſarum. fo.13. col.pma.


# Index in tertiam partem.

## In Capite primo.


1 Quod motus ſit i quattuoꝛ generibus. fo.13.col.2.
2 Mutatio non eſt res diſtincta a quolibet ſucceſſiuo ſm rem. folio .13.col.3.
3 Mutatio qd ſit. fo.13.col.4.
4 Soluūtur obiectiones que ſiunt contra terminiſtas. fo.14.col.2.
5 Qō motus nō ſit res realr diſtincta a re permanente. fo.14.col.4.
6 Motus qd ſit oñditur. fo.15.col.j.
7 Soluuntur inſtantie contra opinionem Occham. fo.15.col.3.⁊.4.
8 Generatio qd ſit explanatur. fo.16.col.j.

9 Motus localis qbus nōibus appelletur ⁊ quotuplex ſit. fo.16.col.3.⁊.4.
x Quid p motum localem acqratur in eo qđ mouetur. fo.17.col.pma.
11 Quō omnia corpora ſm locum moueri poſſint. fo.17.col.2.
12 Augmentatio ⁊ diminutio qd ſit ⁊ quō fiat ſine acqſitōe noue ſbe. fo.17.col.3.4.
13 De augmētatione que ſit cum additiōe noue ſbe. fo.18.col.pma.
14 Alterationū diuiſio ponit. fo.18.col.j.
15 Qđ ad figurā n̄ ſit alteratio ⁊ quō figura nō ſit res diſticta a figurato. fo.18.col.3.
16 Soluuntur obiectiones contra ſuperius dicta. fo.19.col.pma.
17 Quod ſm habitus ſpirituales non ſit alteratio. fo.19.col.2.
18 Quod ſm habitus corporeos non ſit alteratio. fo.19.col.4.
19 Qđ ad ea q̄ in aia itellectiua ſuſcipiūtur non ſit alteratio. fo.19.col.4.
20 Qđ ad hītꝰ aie n̄ ſit alteratio. fo.20.col.2.
21 Quō audienda ſit phi ſnia dicētis intellectum non alterari. fo.20.col.4.
22 Quō poſſit pbari alteratio ſm q̄litates ſenſibiles eſſe. fo.20.col.4.
23 Qđ ad ſbam nō ſit motus. fo.21.col.2.
24 Qđ ad rl'onez nō ſit motꝰ. fo.21.col.4.
25 Qđ i actiōe l' paſſiōe n̄ ſit motꝰ. fo.22.c.j.
26 Quod in quattuor vltimis predictis nō ſit motus. fo.22.col.2.
27 Quod actio ⁊ paſſio non ſint res diſtincte ab agentibus ⁊ paſſis. fo.22.col.3.
28 Quid ſit quies. fo.22.col.4.
29 Quis motus dicat vnus. fo.22.col.4.
30 Qui motus alteri ꝯrietur. fo.23.col.j.
31 Quis motus altero velocior dici poſſit. folio. 23.col.2.
32 Quis motus naturalis ⁊ quis violētus. folio 23.col.3.

# Index in quartam partem.

## In Capite primo.

1 Quod inſtans non ſit res realis vt qdā credunt. fo.23.col.4.
2 Quod tempus non diſtinguatur realiter a qualibet re pmanente. fo.24.col.j.
3 Quid ſit ipm tps. fo.24.col.2.⁊.3.
4 Ponitur ratio qua probatur diffinitio temporis. fo.24.col.4.
5 Quō tps ſit ⁊ quō nō ſit. fo.24.col.4.
6 Cui motui nō ꝯueniat tps. fo.25.col.j.
7 Quē motum inſeq̄tur tps. fo.25.col.2.
8 Quid ſit inſtans. fo.25.col.2.⁊.3.
9 Obicitur contra determinata de tempore. fo.25.col.3.⁊.4.
x Soluūtur obiecta. fo.26.col.j.
11 Soluūtur rationes. fo.26.col.2.3.⁊.4.
12 Soluūtur rationes ꝯtra dicta đ inſtanti. folio 27.col.j.⁊.2.
13 Que nō mēſurant tpe. fo.27.col.3.⁊.4.
14 Que tpe menſurētur. fo.28.col.j.
15 Quam menſuram habeant perpetua. folio .28.col.2.
16 Quō tps reſpiciat aiam. fo.28.col.3.
17 Quomodo tempus eſt: ſit cauſa corruptionis. fo.28.col.4.
18 Quod locus ſit in rex nā. fo.28.col.4.
19 Enumerantur ſuſpitiones de loco. folio .29.col.prima.
20 Quid ſit locus. fo.29.col.2.3.⁊.4.
21 Inſtantie ponunt contra determinationem. fo.30.col.j.2.⁊.3.
22 Solutio quomodo locus ſit immobilis. folio 30.col.4.

¶ Finis huius tabule.

¶ Laus deo optimo maximoq̄.

## Sūmule Magiſtri Guilielmi de villa Ocham Anglici ordinis minorum in libros phyſicorum.

### Proemium.

Studioſiſſime ſepius q rogatus a fratis q̄plurib⁹: q rñſiōes q̄s circa difficilia nālis ſcie ſoleo q̄rentib⁹ de mei igenij paruitate diſſerere ſibi aſſerūt complacere ⁊ arbitrant̄ ſufficē: vt eas in vnā ſūmulā recollectas veſtigijs Ariſto. inherēdo lr̄is cōmendarē. quoꝝ ſtudio me cogit ſincera dilectio deſeruire. Op⁹ magnū: ⁊ q̄d vires meas excedit aggrediar. ⁊ q̄cq̄d mihi videat̄ iux̄ pn̄ˢ Ariſto. in phīa nāli eē dicēdū ſcribēdo memorie cōmēdabo. Unde nouerint vniuerſi hoc opuſculū inſpecturi. ꝙ nō q̄cq̄d iuxta veritatē theologicā ſeu catholicā teneo firma fide. Sed q̄cq̄d ſm̄ itētionē Ariſt. vt mihi videt̄ eſſe dicēdū ſtilo rudi ⁊ inculto curabo petētibus apire. q̄uis ptractāda omnia inferius que veritati chriſtiane fidei non repugnent putem eſſe vera. tamen vniuerſa que doctrine romane eccleſie cōtradicunt tan̄q̄ falſa reputo reſpuenda. quare ⁊c̄.

### Capitulum primum.

Solent ante pambula indagare ſapientes: ante ſcie ingreſſū de ipſis ſciētijs aliq̄ quapropter circa phiam nālē iſta p ordinē ſunt ptractāda. Primo de ei⁹ vnitate. Scōo de ſubiecto. Tertio de cauſis. Quarto cui pti ſupponat̄ phie: practice an ſpeculatiue. Circa pᵐ dico ꝙ hec ſcia ſm̄ intētionem Ariſto. nō eſt vna vnitate nūali per carētiā partiū ſpecie diſtinctarū. lʒ poſſit dici vna numero vnitate cuiuſdā collectiōis vel aggregatiōis. Ad cui⁹ euidentiā eſt ſciēdū ꝙ vnū numero ad pn̄s pōt capi dupliciter. Uno° ſtricte vel ꝓprie. ⁊ tūc dr̄ vnum numero illud q̄d eſt per ſe vnū. ſ. ſimplex vt de⁹ vel intelligētia vel cōpoſitū. cui⁹ ptes ſunt mā ⁊ forma. vt hō vel ignis vel illud cuius ptes ſunt ſolo nūo diſtincte ⁊ nō ſunt alteri⁹ rōnis. ⁊ ſic iſta albedo eſt vna nūo. ⁊ ſic de ſingulis. Scōo mō capit̄ vnum nūo large ⁊ iꝓprie. pro illo q̄d eſt vnū aggregatiōe multoꝝ diſtinctoꝝ. ſiue ſpē ſiue ſolo nūo. dūtamen nō faciant vnū per ſe. q̄ño aceruus lapidū pōt dici vnus nūo. qꝛ eſt vnus aceru⁹ ⁊ nō plures acerui. Et iſto mō exponit Ariſto. 3° phiſ. ⁊ ſic pōt dici ꝙ hec dom⁹ eſt vna nūo. ⁊ hoc regnum eſt vnū nūo. ⁊ hic populus eſt vnus nūo: qꝛ lʒ ſint plures hoies. nō tñ ſunt pl'es populi. Et iſto ſcōo mō ſcia nālis eſt vna nūo ⁊ non pmo mō. Q̄d aūt non ſit vna nūo pmo mō. pʒ per hoc: qꝛ vna ps adiſcit̄ ante aliā. in tātū ꝙ habita vna

[Margin: Que ſit ſie nāl' nitas.]

[Margin: Unum nūo ml' plicit']

[Margin: Textu mēn. 38.]

pte circa aliā ꝯtingit errare. ita ꝙ hec ſcia ſtat cū errore circa vnā ꝯclōnē ⁊ ſtat cū veritate circa aliam. q̄d nō eſſet poſſibile ſi noticie duaꝝ ꝯcluſionū eſſent vna nūo pmo mō capiendo vnū nūo. Iſta ratio ꝯfirmat̄ ſic. Illa que ꝯriant̄ pmo duobus ꝯrijs nō ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. ſed duob⁹ erroꝛib⁹ duaꝝ ꝯriaꝝ vliū ꝯriant̄ pmo noticie ſubcōtrariarum. ergo ille due noticie ſubcōtrariarū nō ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. Scōo ſic. cauſe eiuſdē ſpēi ſpāliſſime eque intēſe pn̄t imediate in effect⁹ eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. ſed ſcia vnius ꝯclōnis quātūcunq̄ intēdat̄ non pōt in actū circa aliā ꝯclōnē imediate. ergo iſte due noticie nō ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. Tertio act⁹ diſtincti ſpē hn̄t habit⁹ diſtinctos ſpē correſpōdētes eis. ſed act⁹ circa diſtinctas ꝯclōnes diſtinguunt̄ ſpē. g° ⁊ habit⁹. Quarto ſic. ſi nō obſtāte diſtinctione actuū poſſet habit⁹ gn̄at⁹ ex illis actib⁹ eē eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. tūc periret oīs via ad ꝓbandum diſtinctionē quorūcūq̄ habituū intellectualiū. Dicere eñi ꝙ metaphiſica ⁊ logica ſunt vnus habit⁹ nūo. q̄d argumentat̄ ex hoc ꝙ poſt logicā adiſcit̄ metaphiſica. eſt incōueniēs. Dico ergo ꝙ ſicut act⁹ diſtinguuntur ita ⁊ habit⁹ ex eis gn̄ati diſtinguunt̄. Propter q̄d dico ꝙ ſicut alius eſt act⁹ quo ꝯſidero vnā ꝯclōnē ⁊ alius eſt act⁹ q̄ ꝯſidero aliā. ita ⁊ habit⁹ corn̄dēs eſt alius. ⁊ hoc eſt q̄d dicit Ariſto. 3° de aīa. ꝙ ſcie ſecātur queādmodum ⁊ res ideſt ſi res de q̄bus ſunt ſcie ſunt diſtincte ſpē. ⁊ ipſe ſcie diſtinguent̄ ſpē. Sic ergo dico ꝙ ſcia nālis non eſt vna nūo pmo° ſed 2°°: qꝛ eſt vna vnitate collectiōis vel ordinis. oēs. n. ptes iſtius ſcie hn̄t determinatū ordinē inter ſe q̄lē nō habent cū logica. nec cū morali phīa. nec cū aliq̄ alia ſcia. ꝓpter q̄d dicunt̄ vna ſcia. ſicut multi hoies dicūtur vnus ppl's. ꝓpter deteriatū ordinē iter ſe. ⁊ multi hoies ad vnū regē dn̄r vnū regnū numero q̄re ⁊c̄.

[Margin: Textu mmen. 38.]

### Capitulum ſecundū.

Secundo videndū eſt de ſbō huius ſcie. Circa q̄d dico ꝙ iſtius ſcie totalis nō eſt vnū ſbm ꝓciſe. ſed diuerſaꝝ partiū diuerſa ſunt ſubiecta ſm̄ ꝙ diuerſe ſūt ꝯclōnes habētes diuerſa ſbta. Un̄ ſciēdū eſt ꝙ nihil eſt ſbm niſi q̄d eſt ſbm ꝯclōnis. vn̄ dr̄ cōiter ꝙ illud eſt ſbm de q̄ ꝓprietates ⁊ paſſiones oñdunt̄ vel demonſtrant̄. ibi ergo ſunt diuerſa ſbta. de q̄bus diuerſe ꝓprietates ⁊ paſſiones demōſtrant̄. ſed manifeſtū eſt ꝙ in ſciētia nāli de diuerſis ſubiectis diuerſe ꝓprietates ⁊ paſſiones demōſtrant̄. ergo in ſcia nāli ſunt diuerſa ſubiecta. Preterea hoc pʒ ex cōi mō aſſignandi ſubiecta. nā cōiter aſſignat̄ aliud ſbm libri phiſicoꝝ. aliud libri de aīa. ⁊ ſic de alijs. ergo hn̄t diuerſa ſubiecta. Uerūtamē hoc nō obſtāte ꝙ diuerſarū partiū diuerſa ſunt ſubiecta. tñ inter oīa illa eſt aliq̄d pᵐ ſbm. ⁊ ſm̄ diuerſas pmitates pn̄t aſſignari diuerſa ſubiecta pma. vn̄ aliq̄d ſbm dicit̄ pus alio pmitate pdicationis. Aliq̄d dicit̄ pus pmitate pfectionis. Aliq̄d dr̄ pus pmitate totalitatis. Primū ſbm pmitate pdicatiōis ſcie nālis inter oīa ſubiecta pōt dici ens nāle.

[Margin: Phie ſbm nō eſt vnū]

cōprehēdēdo ſub ente nāli tam ſimplicia ꝙ̄ cōpoſita de q̄bus tractat phīa nālis. ¶ Primū ſbm ꝓmitate pfectionis eſt illud qđ ſigt̄ entia pfectiora. de quibus p ſe tractat phīa nālis qđcunq; ſit illud. ſed primuȝ ſbm primitate totalitatis nullū hȝ qđ pȝ. qꝛ nullum ſbm cuiuſcūq; ꝯclōnis ſigt̄ aliqđ vel aliqua. qđ vel que includit tanq̄ partes oīa ꝯſiderata in iſta ſcia niſi forte dicatur ꝙ mundus ſit tale totuȝ. Sed forte obijcies ꝯ̄ pdicta. prīo qꝛ oēs auctores cuiuſlibet ſcie aſſignant vnū ſbm. Scđo. qꝛ ſi ens naturale. ſꝫ pdicta qđ comprehēdit oīa ſit primū ſbm huius ſcie naturalis. ⁊ ſbm methaphyſice comprehendit̄ ſub ente naturali. ſeqt̄ ꝙ ſbm ſcie methaphyſice erit ſub ſubiecto ſcie naturalis. ⁊ p ꝯñs ſcia erit ſb ſcia. ¶ Ad primum dr̄ ꝙ auctores frequēter loquunt̄ de primis ſubiectis ſciaruȝ. ⁊ coiter de primis ſubiectis primitate ꝑtionis vel totalitatis. In logica primū ſbȝ inter oīa dr̄ ſillogiſmus. non qꝛ ſit ſbm cuiuſlibet partis logice. ¶ Manifeſtum eſt eni ꝙ nō eſt ſbm libri ꝑmentornm nec pyer. ſed qꝛ ſyllogiſmus oīa alia cōprehēdit deteriata in logica tanquaȝ partes. ideo eſt primū primitate totalitatis. ¶ Silr̄ ens aſſignatur primum ſbm methaphyſice. qꝛ eſt primuȝ primitate ꝑtiōis ad oīa alia ſubiecta. cum tñ non ſit ſbm cuiuſlibȝ partis quia non eſt ſbm illius partis que eſt de ſba. nec illius partis que eſt de ſba ſeparata. Sed forte dices. ſi aliquod eſt ſbm primuȝ alicuius ſcie. ſeqtur ꝙ illud ſit ſbm illius ſcie. ¶ Reſpōdeo ⁊ dico ꝙ itellectis añte ⁊ ꝯſequente ſub bona intelligentia. nō valet ꝯña iſta. ſicut non ſeqt̄. iſte eſt primus rex mundi. ergo iſte eſt rex mundi. qꝛ añs eſt veꝝ ⁊ ꝯñs falſum. cū tñ ſit rex vnius partis mundi. ſic eſt de multis alijs ꝙ tales cōſequentie nō valent. ¶ Ad ſcđm dico ꝙ poſſibile eſt ꝙ ſbm ſcie ſit ſub ſubiecto ſcie. ⁊ tñ ſcia non eſt ſub ſcia. ⁊ ideo concedo ꝙ ſbm ſcie methaphyſice eſt ſub ſubiecto ſcie naturalis. ⁊ tñ ſcia methaphyſice nō eſt ſub ſcia naturali. imo concedo ꝙ aliqđ idem eſt ſbm methaphy. vel partis methaphyſice ⁊ ſciētie nālis vl̄ partis ſcie nālis. Sed ſi querat̄ quō ergo ſcie iſte diſtinguunt̄ vel ſunt diuerſe ſi hñt idem ſbm. ¶ Dico ꝙ ad diſtinctionē ſciarū ſufficit frequenter diſtinctio paſſionū. vnde qꝛ alie paſſiones de eodē demonſtrātur in ſcia naturali ⁊ in methaphyſica. iō ſunt diſtincte ſcie non obſtāte idētitatis ſubiecti. ſicut qñq; pōt contingere ꝙ eedē paſſiones demonſtrant̄ de diuerſis ſubiectis. ⁊ tunc nō obſtāte identitate paſſionū poterunt eſſe diuerſe ſcie. ꝓpter diuerſitatē ſubiectorū. ⁊ cā huius eſt. qꝛ identitas vel diuerſitas ſcie nō tm̄ dependet ex idētitate vel diuerſitate ſbi. ſed etiā ex identitate vel diuerſitate ꝑti. ⁊ hoc eſt ꝙ aliq volūt dicere forte: ꝙ de eodē ſubiecto ſub eadē rōne nō pñt eē diſtincte ſcie. Si eni intelligāt p eandē rōnē ideȝ ꝑtum vt ſit iſte ſenſus. de eodē ſubiecto ⁊ ꝑto nō ſunt diſtincte ſcie: veꝝ dñt. ſi aūt intelligant p eandē rōnē aliqđ a parte ſubiecti: nō aūt a parte ꝑti nō dicūt veꝝ. ¶ Et ſi dicas ꝙ ſm Ari. ſicut prius allegatū eſt: ſcie ſecantur ⁊c̄. ergo de eadem re non pñt eſſe diſtincte ſcie. ¶ Dico ꝙ ꝯña non valet. vñ ſignanter dicit Ari. ꝙ ſcie ſecantur quēadmodū ⁊ res. qꝛ ad diuerſitatē rerum ſigt̄arum p ſubiecta ſeqt̄ diſtinctio ſciaꝝ. ⁊ non ecōuerſo. de eodē eni ſubiecto ꝓpter diuerſitatē paſſionum dr̄ataꝝ pñt eſſe ſcie diſtincte. ¶ Sed adhuc oritur dubitatio. De q̄bus eſt ſcia nālis an ſit de reb⁹ ꝯtingētib⁹ ⁊ corruptibilib⁹. vl̄ de neceſſarijs. (Q̄ő de q̄bus ſit ſcia nālis) ¶ Ad hoc dico ꝙ ſcia naturalis eſt tam de reb⁹ nec̄ijs. ſicut de corporib⁹ celeſtib⁹ ꝙ̄ etiaȝ de corruptibilib⁹. ſicut de iſtis inferiorib⁹ ſm ꝙ ſūt partes hui⁹ ſcie diſtincte. ¶ Sed ꝯ̄ hoc videt̄ eē intētio Ari. primo poſterioꝝ. (T.ↄ.7.) vbi vult ꝙ ſcia eſt de neceſſarijs ⁊ ꝑpetuis ⁊ de incorruptibilib⁹. ¶ Ad hoc dico breuiter ꝙ nō eſt intētio Ari. primo poſte. ꝙ ſp res ſigt̄e p ſbm ꝯclōnis ſcite ſint nec̄ie qualitercūq; ꝯſiderentur. qꝛ ꝯſideratio intellectus nihil facit ad hoc ꝙ res ſit nec̄ie vel contingens. Sed intelligit ꝙ ꝯclōnes ſcite in quacunq; ſcia ſunt nec̄ie ⁊ ꝑpetue ⁊ incorruptibiles. hoc eſt. ꝙ nunq̄ pñt eſſe falſe. ſed ſp ſunt vere ſi forment̄. ¶ Unde ſciendū eſt. ſicut de eiſdē teris poſſunt formari ꝓpōnes vere ⁊ falſe ꝯtingentes ⁊ nec̄ie. poſſibilis ⁊ ipoſſibiles. Silr̄ de eiſdem teris pñt formari ꝓpōnes ſcibiles ⁊ nō ſcibiles. nulla variatione facta circa res. ⁊ iō nō obſtante ꝙ res ſigt̄e ſint ſimpl̄r ꝯtingentes ⁊ corruptibiles ⁊ nullo mō nec̄ie nec icorruptibiles: tñ de eiſdem. i. de teris ſig̃ntibus ipſas vel ſupponētib⁹ p ipſis rebus pñt formari ꝓpōnes ſcibiles ⁊ nec̄ie. ſicut frequētius ꝓpō de ineſſe eſt ꝯtingēs. ⁊ de poſſibili ex eiſdem teris eſt nec̄ia q̄ntūcunq; res ſigt̄e ſint eedē. ſicut hec eſt cōtingens. omne corpus mouet̄. ⁊ hec eſt neeceſſariaomne corpus poteſt moueri.

## Capitulum. tertium.

t **Ertio** vidēdū eſt de cauſis iſti⁹ ſcie. Et dico ꝙ capiēdo ſtricte h⁹ nomen cā. ſicut accipit. P. ſcđo phy. ⁊ q̄nto metha. iſtius ſcie nō ſūt niſi due cāe. (Textu ꝯmen. 28. T.ↄ.1.) ſ. efficiens ⁊ finalis. cuius rō eſt. qꝛ ſic capiēdo cām. nulla res ſimplex nō cōpoſita ex mā ⁊ formu hȝ plures cās q̄ duas. qꝛ res ſimplex non hȝ materiā neq; formā. qđ pȝ ex hoc. qꝛ ſi ſit res ſimplex aut ē abſtracta a materia ⁊ p ſe ſubſiſtēs. ⁊ de tali manifeſtū eſt ꝙ nō hȝ materiā nec formā. aut eſt res alteri inherēs. ⁊ tunc eſt q̄dā forma nō hñs aliā formā. aut eſt ps alicuius cōpoſiti. ⁊ tūc eſt materia vl̄ forma. ⁊ p ꝯñs nō eſt hñs materiā vel formaȝ. Si. n. ſit materia lȝ hēat formā. nō tñ hȝ eam ſicut cām. qꝛ forma nō eſt cā materie ſed cōpoſiti ſm Auic. nec hȝ materiā ſicut cāȝ. ſꝫ eſt ipſamet materia. Si aūt ſit forma. tūc nō hȝ materiam ſicut cām nec hȝ formā. manifeſtū eſt: cuȝ ſit forma. Patet ergo ꝙ nulla res ſimplex hȝ materiā ⁊ formā tanq̄ cās ſuas. ſed iſta ſcia eſt ſimplex cū ſit accñs. ergo ⁊c̄. ¶ Et ſi dicas. iam dictū eſt prius ꝙ iſta ſcia eſt cōpoſita. ergo nō eſt ſimplex. ¶ Dico ꝙ nō eſt compoſita p ſe. qđ reqrit̄ ad hoc ꝙ aliqđ hēat materiā ⁊ formā. ſed eſt cōpoſita ex collectione ⁊ aggregatiōe quadā. ꝓpter qđ dicendū eſt. ꝙ iſta ſcia non hȝ niſi duas cauſas. qꝛ ois cā aut eſt extrinſeca aut intrinſeca. Si ſit extrinſeca ſic eſt efficiēs ⁊ finis. Si intrinſeca. ſic eſt materia ⁊ forma. Sed iſta ſcia non hȝ

materiā

materiã ⁊ formã tanq̃ cauſas intrinſecas. q2 tunc cõponerent ex eis. ergo nõ h3 niſi cauſas extrinſecas. ſ. efficientẽ ⁊ finalẽ. ¶ Dicendũ eſt ergo ꝙ hec ſcia ꝓprie loquẽdo cum ſit accidẽs nõ h3 niſi ſolã cãm efficientem que eſt intellect⁹ ſm aliquos. vel obiectũ ſm alios. vel notitia terioꝝ incõplexa ſm quoſdã vel aliqua iſtaꝝ ſimul. vel aliqd aliud. de qbus opinionib⁹ nõ eſt modo dicendũ. ¶ Finis aũt iſtius ſcie eſt illud ꝓpter qđ intentũ addiſcitur ⁊ ꝓducit iſta ſcia ſine quo nõ eſſet iſta ſcia. Hec dicta ſũt de cauſis iſtius ſcie ſtricte ⁊ ꝓprie loquẽdo de cauſa. ſ. ꝓ illo a quo depẽdet in eẽ vł in fieri. Iſtis tñ nõ obſtãtib⁹ aſſignant q̃ttuor cauſe iſtius ſcie: ſicut cuiuſlibet alteri⁹. ſicut cã materialis iſtius ſcie eſt res de qua tractat hec ſcia que res tñ nõ eſt ꝓprie materia. cum res nunq̃ poſſit eẽ ſine ſua materia. põt tñ iſta ſcia eẽ ſine tali re. ſicut ꝓpõ neceſſaria põt formari de re nõ exiſtẽte. Cã formalis aſſignat modus ꝓcedẽdi: q tñ non eſt ꝓprie cã formalis: cum nõ ſit aliqua res alia ab iſta ſcia: ſed eſt tm̃ ipſe partes ſcie ſic ordinate. Cauſa efficiẽs aſſignat doctor primo docens ſciam iſtam. ¶ Cauſa finalis aſſignatur illud ꝓpter qđ addiſcens eam vel ſtudẽs in ea d3 ſm rectã rõnẽ eam addiſcere. q̃uis qñq3 ex puerſitate vel neceſſitate vel alia de cauſa aliquẽ aliũ finẽ intendat. vt notum eſt omnibus. quare ⁊c̃.

## ¶ Capitulum quartum.

Quarto querit an iſta ſcia ſit pratica vel ſpeculatiua. Ad qđ dico ꝙ iſta ſcia vel tota vel maxima pars eſt ſpeculatiua. ¶ Ad cuius euidentiã videndum eſt p̃io. qd eſt praxis ⁊ qd notitia practica. ex qbus patebit intentu3. Eſt aũt praxis a qua dr̃ notitia practica: opõ exiſtens in noſtra poteſtate. Iſta deſcriptio ꝓbari nõ põt: ſicut nec ſignificatio alicui⁹ vocabuli. ſed ꝯſiderantib⁹ modũ loquẽdi auctoꝝ clara eſt. oẽs enim capiunt praxim a qua dr̃ notitia practica ꝓ actu humano. vocantes actũ humanũ actũ exiſtente3 in hõis poteſtate. ꝓpter qđ diuidũt praxi3 in praxim ſimplr̃. ⁊ in eupraxim. ſicut p3 p̃io eth. ꝓ hoc inuẽtes praxim virtuoſam ⁊ vitioſam. Opatio aũt vitioſa ⁊ virtuoſa nõ eſt niſi opatio exiſtens in noſtra poteſtate. ⁊ quel3 opatio exñs in nr̃a poteſtate eſt praxis. Notitia vel ſcia practica eſt notitia vel ſcia que eſt de noſtris opationibus. capiẽdo opatiões tam ꝓ opationibus q̃ ſunt in noſtra poteſtate q̃ pro opationib⁹ q̃ opate ſũt a nobis. ſicut ſunt dom⁹ ⁊ alia opa mechanica. iſta aũt deſcriptio ponit ab Ari. p̃io ſue methaphy. vbi ꝓ hoc diſtinguit ſcias ſpeculatiuas a practicis. q2 ſpeculatiue ſunt ille q̃ ſunt de his q̃ nõ ſunt de opib⁹ nr̃is. ⁊ practice ſũt ille q̃ ſũt de his q̃ ſunt opa noſtra. ¶ Ex iſto p3. ꝙ ſcia nãlis vel tota vel ꝓ maiori pte eſt ſpeculatiua ⁊ nõ practica. q2 ꝓ maiori pte vł tota eſt de illis q̃ nõ ſunt opa noſtra. ſicut ſũt. terra. celũ. elemẽta. ⁊ corpora celeſtia de qbus tractat. Ar vero tractat de aliqb⁹ opib⁹ noſtris. cuiuſmodi ſunt intellectiões ⁊ ſenſatiões de qb⁹ tractat in lib. de aia ⁊ d̃ ſenſationib⁹ que qñq3 ſunt in poteſtate nr̃a: virtute cuius notitie citius ⁊ facili⁹ vel meli⁹ p̃nt elici tales act⁹

Praxis quid ſit

Ca. p°.

T. c. 28 Secũdi de aĩa vſq ad finem tertij

q̃tũ ad iſtã partẽ ſcia nãlis eſt pactica. ¶ Sed forte obijcies cõtra predicta p̃io ꝙ praxis nõ conuenienter deſcribitur. q2 ſi ſic ſequeretur ꝙ pura ſpeculatio eſſet praxis. cum ſit in noſtra poteſtate. ⁊c̃. Secundo ſequeretur ꝙ logica. rethorica. grãmatica. eſſent ſcientie practice. cum iſte ſint de vocibus que ſunt in noſtra poteſtate. Tertio ſequit ꝙ aliqua ſcientia ſpeculatiua eſſet ſub practica. vel econuerſo. q2 aliquando opa noſtra cõtinẽtur ſub ſubiecto alicuius ſcie ſpeculatiue. ⁊ per conſequẽs ſcientia ſub ſcia. ¶ Ad primum iſtoꝝ concedo ꝙ pura ſpeculatio eſt praxis ſicut illa que eſt in noſtra poteſtate. Unde ſi ſit aliquãdo ſpeculatio aliq̃ que non ſit in noſtra poteſtate illa non eſt praxis. Ex quo ſequitur. ꝙ eadem operatio numero vel ſpecie quandoq3 eſt praxis quãdoq3 non eſt praxis. ſicut locutio in furioſo nõ eſt praxis. ſed in vtente ratione eſt praxis. Similiter ſpeculatio vel cognitio prima precedens omnem actum voluntatis non eſt praxis. ſed ſi mediante actu voluntatis illa eadem conſeruetur. tunc erit praxis. Quod autẽ ſpeculatio ſit praxis oſtendo. primo quia operatio reſpectu cuius poteſt eſſe electio ⁊ conſilium. eſt praxis. ſed pura ſpeculatio eſt talis. quia reſpectu eius poteſt eſſe electio ⁊ conſilium. poteſt enim aliquis deliberare ⁊ conſiderare an ſit ſpeculandum vel dormiendum vel aliud faciendum. ⁊ poſt conſiderationem poteſt eligere ſpeculari. ergo illa ſpeculatio erit praxis. ¶ Item illa ſpeculatio eſt praxis que poteſt fieri recte ⁊ non recte. virtuoſe vel vitioſe. huiuſmodi eſt aliqua ſpeculatio. aliquis enim ſpeculatur vitioſe aliquis virtuoſe. ¶ Preterea. illa opatio de qua eſt notitia practica eſt praxis. ſed de ſpeculatione eſt notitia practica. ergo ſpeculatio eſt praxis. maior eſt manifeſta. minor probatur. quia notitia dictans eſſe ſpeculandum ⁊ ſpeculationem eſſe eligẽdam eſt veritas conformiter ſe habens appetitui recto. ergo eſt practica. ¶ Ad ſecundam rationem concedo ꝙ grãmatica. rethorica. logica. ſunt vere ſcientie practice. ita vere ſicut artes mechanice ſũt practice. ¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum. ꝙ duplex eſt notitia practica. vna dictatiua. que. ſ. aliquid eſſe eligendum dictat: vel dimittendum. ⁊ ſic prudentia ⁊ moralis philoſophia eſt practica. Alia eſt notitia practica tm̃ oſtenſiua. que. ſ. docet qualiter res poteſt fieri vel debeat fieri ſi aliquis vellet eam facere. non tamẽ dictat eam eſſe faciendam vel fiendam. ⁊ ſic artes mechanice ſunt practice. nunq̃ enim ars hedificatiua dictat quod eſt hedificandum. ſed tm̃ docet ꝙ ſi aliquis vellet hedificare debet ex talibus ⁊ taliter hedificare. ⁊ iſto ſecũdo modo capiendo notitiam practicam. grãmatica. rethorica. logica. ſunt notitie practice ⁊ non primo modo. Nunq̃ enim logica dictat ꝙ eſt ſyllogizandum ſed docet ꝙ ſi quis velit ſyllogizare: debet primo premittere maiorem. ſecundo minorem. tertio concluſionem. eadem ratio eſt de grãmatica ⁊ rethorica. Sed ſi dicas contra. quia notitia practica eſt directiua noſtri opis. ſ3 logica eſt vniuerſalis notitia non directiua noſtri operis. ergo non

dſcribit diffinitõ praxis

Contra ſcotum

eſt practica. Dico ꝙ talis noticia eſt directiua nr̃i operis. nõ tñ ſine volitione ꝯtingēte. ſed ipſa ꝯcurrente eſt directiua ⁊ dirigit opus nr̃m. Vñ manifeſtũ ē ꝙ ſi logic⁹ voluerit citius ⁊ meli⁹ ſyllogizabit ꝗ̃ nõ logicus. quãtũcũq bñ vellet ſyllogizare. ¶ Ad 3m dico ꝙ nõ eſt icõueniēs ꝙ ſbm ſcie practice ſit ſub ſbo ſpeculatiue. ⁊ ꝙ ſcia practica ſit ſub ſcia ſpeculatiua. ſicut ſcia nãlis eſt ſubalternata aſtrologie. ⁊ muſica ſubalternat̃ ariſmetrice. ¶ Et ſi dicas cõcluſiones ⁊ ꝑn ſcie ſubalternate depēdēt ex ꝑncipijs ſcie ſubalternãtis. ſed ex ꝑncipijs ſpeculatiuis nõ eliciunt̃ niſi ꝯcľones ſpeculatiue. ergo noticia practica nõ eſt ſubalternata notitie ſpeculatiue. ¶ Dico ꝙ frequētius ꝯcluſio practica dependet ex ꝑncipijs ſpeculatiuis. vñ frequēter vna ꝑmiſſarũ in ſyllo practico eſt pure ſpeculatiua. ſʒ ſemp aliq̃ ꝑmiſſarũ eſt practica. ſicut hic eſt ſylls practic⁹. parētes ſunt honorãdi. iſti ſunt parētes. ergo ⁊c̃. ⁊ tñ minor eſt ſpeculatiua. ⁊ ſic de multis alijs. ergo ⁊c̃. Sʒ forte dices ꝙ ſm iſta cũ notitia practica ſit tã ꝑmiſſaꝝ ꝗ̃ ꝯcľonũ. notitia practica erit reſpectu puri ſpeculabilis. q2 reſpectu vni⁹ premiſſe pure ſpeculatiue. Itē ſequit̃ ꝙ de eodē ſbo eēt ſcia ſpeculatiua ⁊ practica. q2 de hoie eſſet ſcia pratica q̃ ſcit̃ ꝙ hõ eſt diligēdus ſm ꝓdicta. ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ de hoie eſt ſcia ſpeculatiua. ergo ⁊c̃. ¶ Ad ꝑm iſtoꝝ dico ꝙ notitia capit̃ dupľr ſicut ſcia. vno⁹ pro notitia q̃ ꝓciſe cognoſcit̃ vna ꝯcľo. quõ dr̃ ꝙ ſcia eſt effect⁹ demõſtrationis. i. notitia vel ſcia ꝯcľonis eſt effectus cauſatus a notitia ꝑmiſſaꝝ. ⁊ ſic notitia practica non eſt pure ſpeculabilis. Alio⁹ capit̃ notitia ſicut ⁊ ſcia pro vna aggregatiõe multoꝝ hñtiũ determinatũ ordinē. ſicut dicim⁹ ꝙ ſcia nãlis hʒ diſputare ꝯ̃ recipiētes ſua ꝑn ⁊ nõ ꝯ̃ negãtes. ⁊ ſic capiēdo notitiã practicã pro notitia cõprehēdēte totã notitiã requiſitã ad notitiã ꝯcľonis practice. ꝯcedēdũ eſt ꝙ notitia practica eſt reſpectu pure ſpeculabilis. ſed tunc iꝓprie capit̃ notitia practica. vñ ꝯcedēdũ eſt ꝙ proprie capiēdo notitiã practicã pro illa notitia que non eſt formaľr ſpeculatiua ſm nullã partem nec eq̃liter nulla notitia practica eſt pure ſpeculabilis. ⁊ iõ ſic capiēdo notitiã practicã: notitia practica non eſt cõcluſionis ⁊ ꝑmiſſaꝝ. ſed eſt ipſius ꝯcľonis ⁊ effect⁹ notitie ꝑmiſſarũ. ¶ Ad 2m dico ꝙ de eodē ſbo põt eſſe notitia ſpeculatiua ⁊ practica ꝓp diuerſitatē paſſionũ demõſtrabiliũ de eodē. cũ enim diuerſitas ſciaꝝ nõ tñ depēdeat ex diuerſitate ſboꝝ. ſed etiam ꝑ̃ſoꝝ poſſibile eſt ꝙ ꝓpter diuerſitatē de eodē. ꝙ de illo ſint diuerſe ſcie quarũ vna ſit ſpeculatiua ⁊ alia practica. ſi. n. ſit vna paſſio ſignſ opus nr̃m: iſta notitia q̃ ſcit̃ ꝯcľo in q̃ demſtrat̃ illa paſſio de ſbo erit practica. ſi aũt paſſio nõ ſignificet opus nr̃m ꝯcľo ſcita nõ erit practica ſʒ ſpeculatiua. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ medicina eſt ſcia practica. que tñ eſt de corpe humano tanꝗ̃ de ſbo partiali. de quo multe paſſiones demõſtrant̃ q̃ ſignt̃ opa nr̃a ⁊ ita de hoie eſt ſcia practica. de q̃ tñ eſt ſcia ſpeculatiua. ¶ Siľr agricultura aſſignat diuerſas rõnes de terra. de quib⁹ eſt ſcia ſpeculatiua. ⁊ ſiľr alie artes mechanice aſſignãt diuerſas rõnes de reb⁹ nãlib⁹ de qbus ſũt ſcie ſpeculatiue. ſiľr prudētia q̃ dirigit̃ vita humana. de talib⁹ ⁊ alijs rebus nãlib⁹ diſtincte paſſiones cognoſcunt̃: de qbus etiã ſũt ſciētie ſpeculatiue. ideo ꝯcedēdũ eſt ꝙ de eodem ſbo ꝓpter diuerſitatē paſſionũ demõſtrabiliũ põt eſſe tam ſcia ſpeculatiua ꝗ̃ practica. quare ⁊c̃.

¶ Capi. quintum.

b **His viſis** videdũ eſt de mõ ꝓcedēdi. ꝯſiderãdi ⁊ demſtrãdi in hac ſcia. Circa qđ dico eē ſciēdũ. ꝙ lʒ i hac ſcia ſint demſtrationes ꝓp qd ſicut in ceteris ſciētijs. tñ ordine doctrine q̃ icipe dʒ a notiorib⁹ ⁊ faciliorib⁹ cõitati cui tradēda eſt ſcia. ꝓcedēdũ eſt ab effectu ad cãm. ⁊ cõiorib⁹ ⁊ facilioribus ad min⁹ cõia. i. a ꝓpõnib⁹ hñtibus terios magis cões ad ꝓpões hñtes terios min⁹ cões. nõ qn ꝑ⁹ itellectuʒ a q̃cunq ſit ſingulare. ſʒ q2 nullũ ſingulare imo forte nec ſingularia alicu⁹ ſpēi ꝑmo ſunt intellecta a tota cõitate hũana q̃ dʒ doceri. ſʒ tñ aliq̃ ſunt vni genti ⁊ alia alteri gēti. ſʒ ſm cões ꝯcept⁹ ſunt nota toti cõitati. Nã illi ꝯcept⁹ ſunt noti cuilʒ gēti. ſicut aliq̃ gens hʒ notitiaʒ leonis ⁊ nõ equoꝝ. aliq̃ aũt hʒ notitiam equoꝝ ⁊ nõ leonũ. ⁊ tñ tam iſti ꝗ̃ illi hñt cõem ꝯceptũ. ſ. ꝯceptũ aĩalis. ⁊ iõ q̃ vult tradere notitiam ꝑfectã ⁊ cõpletaʒ de aĩalib⁹ dʒ incipe ab hoc cõi: aĩal: demonſtrando de eo ſuas ꝓprietates anteꝗ̃ deteriet de eqs ⁊ leonib⁹. Et iõ iter paſſiones ꝑus dʒ ꝯcludere q̃ facili⁹ a tota cõitate pñt ſciri. ⁊ poſtea alias q̃ difficili⁹ cognoſcunt̃. ⁊ tñ hoc nõ obſtãte ꝑm cognitum a q̃cũq ē ſingulare. nec aliqs põt ꝑus cognoſcere vľe ꝗ̃ pticulare. lʒ forte ve ꝑus cognoſcit̃ notitia ꝯfuſa ꝗ̃ diſtincta. Sʒ quõ hoc hēat vitatē i tractatu de aĩa ⁊ alijs itelligibilib⁹ appebit. nec obſtat ꝙ dic̃ Ariſt. ꝑ⁹ phiſ. ꝙ pueri appellãt oẽs hoies pr̃es ⁊c̃. Nam Ariſt. loqt̃ur ibi de pueris q̃ nõ hñt cognitionē itellectiuã ſed tñ ſenſitiuã q̃ nõ eſt vliũm ſʒ ſingulariũ. quēadmodũ agnus ſequit̃ oēm ouem. ⁊ poſtea diſcernit. ⁊ tñ nullũ vľe cognoſcit. ¶ Ex quo pʒ: ꝙ ex iſta auctoritate nõ plus habet̃ ꝗ̃ ꝙ intellect⁹ eſt ꝑus vliũ ꝗ̃ ſingulariũ. Dico g⁹ ꝙ ſic itellect⁹ de multis ꝑus hʒ cognitionē impfectã ⁊ ꝯfuſaʒ. ita ſenſus ꝑ⁹ habet cognitionē impfectã ⁊ confuſam ⁊ poſtea diſtinctã cognitionē vniuſ ab alio. ꝓpterea ſequit̃ ꝙ facilius habētur per cognitionē imperfectam ſingularium conceptus cões ꝗ̃ particulares ſiue proprij ⁊ iõ a talib⁹ ordine doctrine eſt incipiēdum. q̃re ⁊c̃.

Textu cõmenti quinti

¶ Capitulum ſextum.

Gñalis diuiſio phie nãlis

c **Orum** q̃ ſũt q̃dã ſũt ſimplicia q̃dã cõpoſita. Simplicia vo q̃dã carēt oĩ cõpoſitiõe ptiũ q̃rũcũq. cuiuſmodi ſũt ſbe abſtracte itellectuales. ſ. itelligētie. cuiuſmodi ſũt ēt oẽs itellectiões. oĩa accñtia aĩe itellectiue ſi ipſa ſit idiuiſibilis: ſicut mľti ponũt eē de itentione Ariſt. ¶ Quedã aũt ſimplicia dñr nõ ꝑ carentiã ptiũ q̃rũcũq. ſʒ ꝑ carētiã ptiũ diſſiliũ: ⁊ alteri⁹ rõnis. cuiuſmodi ſũt oĩa corpa celeſtia ſm intētionē Ariſt. ⁊ oĩa accñtia ⁊ ꝑ mã ⁊ forã q̃libet. Talia eni quoꝝ q̃libet eſt ꝑ ſe vnũ. lʒ ſint cõpoſita ex ptibus

ſimilib⁹

ſimilibus ⁊ eiuſdē rōnis. tñ nō ſunt cōpoſita ex his que faciūt vnū per ſe. nec ex ptibus alterius rationis ſicut celū cōponitur ex partib⁹ que nō differunt ratione. nō tñ componiť ex mā ⁊ forma. nec ex illis q̄ faciunt per ſe vnū. Compoſitoꝝ autē: q̄dam ſunt cōpoſita per ſe: quedā per accñs. q2 aliquod compoſitū eſt vnū per accñs cuiuſmodi ſunt iſta. domus lectus ⁊ ſilia. Aliq̄d cōpoſitū eſt p ſe vnū. ſicut ignis. aer. lapis. homo. aial. quorū quodlibʒ eſt cōpoſitū ex mā ⁊ forma que nō ſunt eiuſdē rationis. ſed plus diſtinguunť ſm ſuas naturas vł eēntias quas habēt: q̄ homo ⁊ aſinus. Compoſitoꝝ āt taliū quedā ſunt animata vt planta: ⁊ aial. quedā inanimata. vt lapis. aer. Animatorum quedā ſunt aiata aia ſenſitiua q̄dam nō. Aiatorū aia ſenſitiua quedā ſunt animata aia rationali. vt hō. quedā nō vt aialia bruta. ¶ Juxta p̄dictam diſtinctionem accipiēde ſunt partes iſti⁹ tractatus. ¶ Prima ps erit de ꝯditionibus cōibus ⁊ magis notis oiū nāliū. ¶ 2a erit de corpib⁹ celeſtib⁹ ⁊ eoꝝ ꝓprietatib⁹. ¶ Tertia erit de corpib⁹ inaiatis ⁊ eorum paſſionibus. ¶ Quarta docebit de corpore animato anima rationali ⁊ actibus eius. ¶ Quinta erit de ceteris aialibus ⁊ eorum proprietatibus. ¶ Sexta erit de plantis.

Capitulum vij.

OMne compoſitū cōponiť ex ptibus ſine q̄bus eſſe nō pōt: ⁊ depēdet ex cauſis ſine quib⁹ vna pars cōpoſiti alteri nō vnitur. cū ergo ſcia nālis habeat cōſiderare de cōpoſitis. ſeqtur q ad ꝯſiderationē ei⁹ pertinēt ptes ꝯpoſiti ⁊ cāe eiuſdē. iſte āt partes cōponentes per ſe. ſunt mā ⁊ forma. que vocanť pricipia ⁊ cāe ei⁹. Ad naturalē ergo phiā ſpectat docere taʒ de mā q̄ de forma. ¶ Circa āt māʒ ⁊ formā multa ſunt inquirēda. Primo dōm eſt q ſint a poſteriori q2 a priori hoc ꝓbare nō poſſum⁹. q āt ſint. ⁊ q ſint diſtincta. ꝓbatur per nālēʒ gñationē. Uidemus eniʒ iſta corpa nāliter gñari ⁊ corrūpi. ſicut aialia. plāte ignis. ⁊ aer. ⁊ hmōi. que q̄nq3 gñanť ⁊ q̄nq3 corrūpunť. ſed nihil gñatur ex nihilo. ergo oi generationi aliquid p̄ſupponiť. Jſtud aūt p̄ſuppoſitū nō pōt eſſe aliq̄d p̄ſuppoſitū extrinſecū totaliter diſtinctū a gñato. Si eni eſſet aliquod extrinſecū totalr diſtinctū a gñato. pp ipſum nō diceret generatū nō fieri ex nihilo. ſicut ſi igni p̄ſupponiť terra totalr diſticta ab igne ꝓpter terrā nō diceret ignis ex nihilo non generari. pʒ ergo cū oē gñatū nō fiat ex nihilo q in oi gñatione ⁊ gñato p̄ſupponiť aliq̄d quod nō eſt totaliter diſtinctū a gñato. ¶ De quo querendū eſt. an illud ſit ipſum gñatū. an ps ei⁹. ex quo nō eſt totalr diſtinctū a gñato. non pōt dici q ſit ipſum gñatū q2 tūc ideʒ p̄ſupponeret ſibiipſi. ⁊ ſic ante gñationeʒ eſſet gñatum. relinqtur ergo q illud p̄ſuppoſitū generato ſit pars gñati. ſi aūt ſit ps. ergo eiuſdeʒ gñati eſt alia ps componens cum illa pte que ſupponiť. cuiuſlʒ ergo gñati ſunt due ptes q̄rum vna p̄ſupponiť gñationi. que vocať mā. alia que nō preſupponiť. que vocatur forma. Ad gñationem naturalem ergo opʒ ponere mām ⁊ formā q ſint, ⁊ q diſtinguanť. ¶ Jſta ergo

Mām ēē pbať

ratio fundať ſuper hoc principio. ex nihilo nihil fit. q̄d phi poſuerūt tanq̄ principiū ꝯceſſū ab oibus. ⁊ per ſe notū. pp q̄d circa ꝓbationē illius nullus inſiſtebat. Uerūtñ hoc nō obſtāte ꝑſuadebo q ex nihilo nihil fit. ſed primo videndū eſt quomō phi intelligūt iſtam ꝓpōnē ſcʒ ex nihilo nihil fit. ¶ Circa q̄d eſt ſciendū q tūc eſt nihilo dicit aliq̄d fieri. ſ. q̄ñ nec io effectui nihil p̄ſupponiť tanq̄ pars vel ſbm illius effectus quātūcunq3 aliquid p̄ſupponať eidem tanq̄ cā efficiēs. vnde ſi ſol mō eſtuaret calorem ſuū ſine oi ſbto ꝟ diceret facere calorem ex nihilo quātūcunq3 illi effecti. ſ. calori aliquid preſupponiť. ſ. ſol caleſaciens. q2 cū ſol nō p̄ſupponať illi calori tanq̄ ps vel ſbm illius caloris. iō diceret calor fieri de nihilo. ꝓbare ergo q nihil pōt fieri niſi ei aliquid p̄ſupponiť tanq̄ pars vel ſbiectum eius eſt probare q ex nihilo nihil fit. Q̄d autē nihil poſſit fieri niſi ei p̄ſupponať aliq̄d tanq̄ pars vel ſbm ꝓbo per experiētiā. Uidemus. n. q nūq̄ aliquid fit niſi aliq̄d p̄cedēs deſtruatur vel corrūpať ſicut corrupta terra vel ligno gñatur ignis. Silr corrupto igne gñatur aer. vel aliq̄d fit in aliquo. nullo deſtructo ſicut ſol illuminat aerē nullo alio deſtructo vel corrupo. Similiter ſenſatio fit in viſu ſine cuiuſq3 rei deſtructione. Si āt aliquid fit in aliquo ſine oi deſtructione rei. manifeſtū eſt q illi effectui aliq̄d p̄ſupponiť tanq̄ ſbʒ. ⁊ per ꝯñs nō fit ex nihilo. ſic accipiēdo fieri ex nihilo. Si aūt aliquid fiat alio deſtructo adhuc fit de aliquo ⁊ non de nihilo. ꝓbo. q2 ſi aliq̄d fit deſtructo alio. ita q nūq̄ fieret niſi illd deſtrueret. ſicut ad ſenſū videm⁹ ignē nunq̄ fieri de nouo niſi aliquo alio corrupto ⁊ deſinente eſſe. tunc querēdū eſt. an illud ſcōm ſe totū deſtruať. ita q nihil ei⁹ remaneat in igne gñato. aut aliquid remanet i igne gñato. q̄d opʒ ibi dare ſi remanet. q2 alibi remanere nō pōt. ¶ Si det 2m q aliq̄d remanet in igne generato. certū eſt q illud remanēs nō eſt ipſe ignis. ergo eſt pars ignis ⁊ habeť propoſitum. ſ. q igni gñato aliquid p̄ſupponiť tanq̄ pars. Si āt nihil illius deſtructi remanet. ergo ita indifferenter poterit iſte ignis fieri ſine deſtructione illius. ſicut per deſtructionē. cuius oppoſitū per experiētiā pʒ. ꝓbo ꝯñam. ois effect⁹ pōt ſufficiēter fieri ex ſuis cauſis q̄ñ ſūt debito mō diſpoſite ⁊ approxiate ⁊ nullum eſt impedimētū mediū nec aliq̄d agens fortius vt agens in ꝯriū. Sed illa pars illius deſtruēdi. nec eſt cā ignis ꝓducēdi p ſe nec eſt impedimētū mediū nec agens fortius in ꝯriū. ergo ita indifferēter poteſt fieri ſine deſtructione eius ſicut ad deſtructionē eiuſdeʒ. q̄d tñ ad ſenſū apparet falſū.

Nihil fieri ex nihilo

Capi. viij.

OStenſo q mā ⁊ forma ſunt res poſitiue ⁊ q ſunt diſtincte. Vidēdū eſt q̄mō ſe habēt ad gñationē rei nālis. Ponit aūt Ariſt. q ſunt p̄ncipia rei naturalis tam in fieri q̄ in eſſe. eo eni q ſunt ptes rei gñate ſunt p̄n ei⁹ tam in eē q̄ in fieri. q2 res nō pōt fieri nec eſſe ſine ſuis ptibus eēntialib⁹ cuiuſmodi ſūt mā ⁊ forma mā aūt ſic eſt p̄ncipiū gñationis ſiue rei in eſſe ſiue q̄ñ res fit. q prius priuať forma q̄ dʒ ac

p⁹ phi. t. c. 64

Q̄d priuatio ſit p̄ncipium rer nālium

cipere ⁊ poſtmodū recipit formā ⁊ iformat ea. ac cū ea ꝯſtituit totū cōpoſitū gñatum. ꝑꝑ qḋ nō ſolū mā ⁊ forma ponunt pn^a gñationis nālis. ſed etiā priuatio ponit tertiū principiū cuiuſlꝫ gñationis nālis ⁊ artificialis. qḋ ex hoc ꝓbat. qꝛ pn^a ſunt ꝯria. ſed iſta ꝯrietas nō pōt eē ſine priuatione. vel niſi ſm priuationē ⁊ hitū. ergo pn^a ſe hñt ſicut priuatio ⁊ hit^9. ⁊ ꝑ ꝯñs priuatio eſt pn^m. Qḋ āt principia ſint ꝯria pꝫ ꝑ inductionē: qꝛ cū nō indifferēter ex qlibet fit qḋlibet. ſed ſolum fit ꝯrium ex ꝯrio. ſicut pꝫ inductiue. ergo pncipia ſunt ꝯria. Opꝫ aūt ſcire ꝙ priuatio hic large accipit pro ꝯrio ⁊ priuatione large ſumpta. vñ vnum ꝯrioꝝ dr priuatio alterius ꝑꝑ repugnantiā formalē vnius ꝯrij ad reliquū. ⁊ ſic capiēdo priuationē priuatio ponit pncipiū. qḋ ꝓbat ſic. Naꝫ ſi aliqd gñat aut materia ꝓhabet formā generati aut non ꝓhabet eā. Si ꝓhabet eā: ergo ante gñationē eſt generatū. qḋ eſt impoſſibile. ſi aūt nō prehabet eā. ergo priuat ipſa forma. ergo ſine ꝑuatione nō eſt gñatio. iſta ergo ſunt pncipia. materia. forma. priuatio. vñ iſta in diffōne exprimēte qd nois gñationis ⁊ gñati debēt poni: vt gñatio ſic diffiniat.

Diffinitio gñationis ¶ Gñatio eſt exiſtentia rei cui^9 materia prius fuit priuata forma quā nūc ꝑ^9 habet. ita ꝙ iſta tria materia forma ⁊ priuatio ponūtur in diffōne tam gñationis ꝙ̄ gñati. ⁊ ꝑꝑ hoc dñr pncipia. Pro nūc aūt cā efficiēs ⁊ finalis nec ponūtur nec dicunt pncipia. put nūc vtimur iſto noie pncipium. qꝛ nō ponunt in diffōne exprimēte qd nois gñationis ⁊ generati.

Cap. ix.

Huius nois priuatō mltiplicitas

Viſo ꝙ materia ⁊ forma ⁊ priuatio ſūt principia gñationis ⁊ gñati. vidēdum eſt de ſingulis ⁊ primo de priuatiōe. Circa qḋ eſt ſciendū. ꝙ hoc nomē. priuatio. a diuerſis in diuerſis locis multipliciť accipitur. Uno modo dicit priuatio forma expellenda qñ alia forma introducit. ⁊ ſic vna forma cōtraria eſt priuatio alterius. ⁊ etiā vna forma ſbſtālis que nō pōt ſtare cum alia in eadem materia eſt priuatio alterius. ⁊ ſic albedo eſt priuatio nigredinis. ⁊ ecōuerſo. Similiter forma ſbſtālis ignis eſt priuatio forme ſbſtālis aeris. ⁊ ecōuerſo. ¶ Alio mō capit priuatio ꝑ ſbtō. vt hoc nomē. priuatio. ſm iſtā acceptionē. ⁊ hoc nomē. ꝑuatum ſignificēt oīno idē ⁊ de ſe inuicē pñtur. vt dicit Ari. primo phi. (t. ꝯ. 61.) Nā opꝫ aliqd ſubijci ei quod fit. ⁊ hoc ſi numero eſt vnum. ſpecie āt nō vnū. Specie enim dico ⁊ rōne nō idem. Et poſtea ſubdit. Et oino materia eſt numeralis. hoc eni magis aliqd ꝙ̄ priuatio. ⁊ nō ſm accidēs ex ipſo fit qḋ fit. Priuatio āt ⁊ ꝯrietas ſm accñs eſt. Quare poſtea ſubdit. Quare nec pla ꝯrioꝝ ſunt pn^a qdāmō. ſꝫ duo vt eſt dicē duo nūo. nec iterū penit^9 duo ꝑꝑ illud quod alterum eſt eſſe ipſis: ſed tria alterū enim eſt eſſe hoi. ⁊ non muſico ⁊ infigurato ⁊ eri. ¶ Ex qbus verbis ſequitur ꝙ ſubiectū ⁊ priuatio ſunt vnum numero. ſimiliter ſbm ⁊ priuatum ſunt vnū numero. ergo priuatio ⁊ priuatum ſunt vnū numero priuatio ergo ſm iſtam acceptionē ⁊ pro eodē ſupponit. ⁊ idē ſignificat ꝙ hoc nomē priuatū. ⁊ ideo ſicut hoc nomē. priuatū capit pro ſubiecto. ita ⁊ hoc nomen priuatio capit pro ſubiecto. ⁊ ideo nō obſtante ꝙ hoc nomē. priuatū. ſtet ⁊ ſupponat pro ſubiecto. vt hec ſit concedenda. ſbm eſt priuatū. tamen alia eſt diffinitio ſubiecti ⁊ priuati. i. iſtoꝝ terioꝝum ſubiectū ⁊ priuatū. ſic non obſtante ꝙ ſubiectū ⁊ priuatio ſint vnū numero. ita ꝙ ſbm ſit priuatio ⁊ priuatio eſt ſubiectū. tñ iſtoꝝ noīum. ſ. ſbꝫ ⁊ priuatio. ſunt diſtincte diffinitiōes exprimentes qd nois. Et hoc eſt qḋ dicit Ari. ꝙ ſunt vnū numero. ſꝫ nō ſpecie. i. rōne vel diffinitione. qꝛ philoſophus capit rōnem pro diffinitione. ⁊ eſſe. capit etiā pro rōne. ¶ Et hic eſt aduertendū. ꝙ in iſta ꝓpōne. ſubiectum ⁊ priuatio ſunt vnū numero ⁊ tñ differunt rōne. que eſt vna copulatiua. cuius vtriuſqꝫ partis ſubiectū eſt hoc totū. ſubiectū ⁊ priuatio. ꝙuis cā breuitatis nō exprimat ſbm bis. ſ. hoc totū. ſbm ⁊ priuatio. tñ ſbꝫ ⁊ priuatio diuerſimode ⁊ equoce capiunt in pria parte copulatiue ⁊ in alia. nā in iſta parte ſubiectū ⁊ priuatio ſunt vnū numero. ſubiectū accipitur ſignificatiue ⁊ pro re importata. ſed in iſta parte ſubiectū ⁊ priuatio differunt ratione ſubiectum ⁊ priuatio accipitur aliter ⁊ equiuoce. ſ. pro ipſis terminis ſignificantibus ⁊ ſupponentibus pro aliqua re ſicut in talibus hō ⁊ album ſunt idem realiter ⁊ differunt rōne. Nā in prima parte ſbm capitur ſignificatiue pro re pro qua ſupponit. In ſecunda parte capitur ſubiectum pro iſtis terminis. quia ipſi termini habent diuerſas diffinitiones. Et ſi dicatur ꝙ diffinitiones nō ſunt nominū vel terminoꝝ. ſed rerū. ¶ Dōm eſt. ꝙ lꝫ hoc nomen diffinitum ſtet frequenter pro illo cuius eſſe ꝑ diffinitionem exprimitur. tamen in multis locutionibus ſtat pro termino vel pro nomine. ſicut in prio phyſi. in proemio dicitur. Suſtinent aūt hoc quodā modo nomina ad rationē. Volēs ꝙ nomina ſint diffinita. ⁊ conſequenter dicitur. ꝙ diffinitio ſignificat idem explicite quod diffinitum ſignificat implicite. in qua ꝓpoſitione diffinitū non ſtat niſi pro termino vel pro voce. ſic ergo dōm eſt. ꝙ iſtorum terminoꝝ ſcꝫ ſubiectum ⁊ priuatio. diuerſe ſunt diffinitiōes exprimentes quid nominis quantūcunqꝫ hec ſit vera. ſbm ⁊ priuatio ſunt vnū numero. ¶ Tertio mō accipit hoc nomē priuatio. pro noie ꝑuatiuo ſꝫ ꝙ dr in ꝑmētis. ꝙ vnū gen^9 oppōnis eſt ꝑuatio ⁊ hitus. vbi capit ꝑuatio. ꝑ noie ꝑuatiuo. ⁊ hitus. ꝑ noie poſitiuo ſicut hoc nomē. oppō. ⁊ hoc nom. oppoſitū. ⁊ hoc nomē. ꝯdictoriū. accipit ꝑ noie. ¶ Quarto mō accipit hoc nomē. ꝑuatio. nō ꝓprie ꝑ ſubiecto. ſꝫ magis vt tota oꝛō transferat in aliā oꝛonē ⁊ huic noi. ꝑuatio. diuerſa vocabula aliaꝝ partiū corrñdeāt. ſic cū dr. a ꝑuatiōe ad hitū ipoſſibil' ē regreſſio. cui^9 itellect^9 nō dꝫ eē ꝙ regreſſio ſit ipoſſibilis ab aliq̄ vno vel plurib^9 q̄ vel qḋ iportat ꝑ hoc nomē. ꝑuatio. ſꝫ itellect^9 ē iſte. ꝙ poſt ꝙ̄ aliqd ꝑuatū eſt aliq̄ nō pōt ad illud regredi. ⁊ ſic capit h^9 nomē ꝑuatio. i mltis locis vt ſp tales ꝓpōnes trāſferant i aliā ⁊ exponant ꝑ eas.

## Capitulum decimum.

Remiſſa diſtinctione ꝑdicta de hoc noie. priuatio. Videdum



eſt

Quid ſit priuatio que eſt p̄n^m

eſt quō priuatio ponēda eſt principium generationis naturalis. ¶ Primo tamen oſtendendū eſt q priuatio non eſt aliqd imaginabile extra aiam diſtictum a mā ⁊ forma ⁊ cōpoſito. ſed qcquid eſt itelligibile in re extra qñ res generat. vel eſt mā vel forma vel compoſitū. niſi forte velis dicere q vltra iſta eſt accñs. de quo manifeſtū eſt q non eſt priuatio que eſt p̄n^m generationis ſbe. Quod aūt priuatio nō ſit aliqd diſtinctū a mā ⁊ forma ⁊ cōpoſito. Primo pbandū eſt p rōnem. Scdō p auctoritatē. Per rōnem ſic. ¶ Primo: qr ſi priuatio eſſet aliqd diſtinctū a p̄dictis oporteret q eēt in mā ſm q illi ponūt priuationē diſtigui a mā ⁊ forma. ſed priuatio nō eſt in mā cuʒ reſpectu diſtincte forme ſit diſtincta priuatio. ſed ſm ſic ponētes pro eo q vna priuatio auferk ſine alia ſm hoc q vna forma inducit ſine alia. ſequeret q in mā eſſent tales res infinite. qō eſt abſurdū. qr nulla infinitas in finitoꝝ ſm ſe diſtinctoꝝ non facientiū vnuʒ p ſe eſt in reꝝ natura. ¶ Scdō ſic. ſi priuatio eſſet in mā. cum nulla priuatio ſit materie coeterna. ſeqꝪ q aliqñ materia priuabit vna priuatione. qua adueniēte mā ipſa priuatione priuabit. ⁊ ita adueniēte forma nō tm̄ expelleret forma. ſed etiā induceret priuatio priuationis p̄cedentis. qō non videt intelligibile. ¶ Tertio ſic. ſi priuatio diſtingueret extra aiam a mā ⁊ forma ⁊ cōpoſito. tunc aut eſſe nihil. ⁊ hoc nō. qr qō nihil ē a nihilo diſtinguit: qr idem ⁊ diſtinctū ſunt differētie entis. Aut aliquid. ⁊ ſi ſic. ergo priuatio eſſet forma qr nulla res eſt in mā niſi forma. Sed forte dices q priuatio nō eſt aliqd poſitiuum ſed negatiuū ⁊ eſt in mā tanq̄ negatiuuʒ. ⁊ non tanq̄ poſitiuū. Sed hoc nō valet. qr quero. aut priuatio eſt aliqd. aut oino nihil. ſi eſt aliqd: pcedunt argumenta prioꝝ. ſi oino nihil. ergo nota eſt in mā. qr illud quod oino nihil eſt: in nullo eſt. impoſſibile eſt. n. q illud qō oino nihil eſt ſit in aliquo. ¶ Ex quo vlterius ſeqꝪ q priuatio nō eſt principiū generationis: qr qō oino nihil eſt nullius eſt principiū. ¶ Dicendū eſt ergo q priuatio nō eſt aliqd in reꝝ nā extra aiam quomōcunqꝫ diſtinctū a mā ⁊ forma. ſʒ priuatio q̄ eſt reꝝ vel eſt mā ſm vnaʒ ſigtionē. vel eſt forma expellenda ſm aliā ſigtionē.

## Capitulum vndecimum.

Quō diſtinguat priuatio a mā ⁊ forma

1 Am videndū eſt quō priuatio eſt principiuʒ diſtinctū a duob⁹. ſ. a mā ⁊ forma. cū Ariſto. ponat tria p̄n^a. ſ. māʒ formā. ⁊ priuationē. Si autē priuatio capitur p forma expellēda. facile eſt videre quō pōt eē p̄n^m gñationis nālis. nō qdem p ſe ſed p accidēs. ſʒ talis priuatio non ſit p̄n^m cuiuſlibet gñatiōis. qr quedam eſt gñatio vbi nulla forma expellit. ſed tm̄ itroducit. ⁊ de gñatione qdem accidētali hoc manifeſtū eſt. ſicut in illuminatiōe aeris ⁊ ſenſatiōe ⁊ in multis alijs. Sed de gñatione ſbe eſt magis dubiuʒ qō tm̄ loco ſuo declarabit. In gñatione vero que eſt cū alterius forme expulſione. forma abiecta poteſt dici p̄n^m gñationis. nō qr ſit cauſa vel pars gñatiōis realis extra aiam vel generati: ſed qr expulſione illius incipit gñatio eſſe. ita ⁊ q ipſa expulſa tūc primo eſt gñatio ⁊ tunc primū eſt gñatum. Et ſi talis generatio diſtincta ꝯ generationē que pōt eſſe ſine forme expulſiōe. dʒ diffiniri in diffōe eius exprimēte qd nois ponet nomen forme expellende ſiue expulſe. ⁊ ita foret p̄n^m non p ſe qdem conſtituens eſſentiam generati: ſed p accidens precedens neceſſario generatū. ⁊ tanq̄ aliqd recipiendū in diffōne exprimente qd nois eius. ¶ Si autē capit priuatio pro ſubiecto. facile eſt videre quō eſt principium ex quo ſbm eſt principiuʒ. Sʒ habet difficultatē quō eſt tertium p̄n^m diſtinctū a materia ⁊ forma. ¶ Circa quod dicēdū eſt q nō eſt imaginandum q preter formā expellendā ſit a parte rei aliquod tertiū quocūqꝫ modo diſtinctuʒ a materia ⁊ forma quod ſit tertiū principium. ſiue p ſe ſiue p accidens. nec hoc intēdit Ariſto. ponens tria p̄n^a ſicut apparebit. ſed a parte rei ſūt duo quoꝝ vnum. ſ. ſbʒ primo priuatur forma neceſſario. ⁊ poſtea hʒ eam. quod qdem ſbm eſt ex hoc in potentia. qr neceſſario ad hoc q ſit ſubiectū generationis reqritur q primo priuetur forma ⁊ poſtea habeat eam. ⁊ ideo eſt noiabile duobus noibus. ſicut poſitio ⁊ priuatio habentibus diuerſas diffōnes que noia duo vna cū noie forme debent cadere in diffinitiōe gñationis ⁊ gñati. ita q de tribus noibus non ſynonimis. quoꝝ quodlibet debet poni in diffinitione generatiōis ⁊ generati. predicetur vero hoc nomen principiū. vñ qlibʒ talis eſt vera. materia eſt principiū. forma eſt principiū. priuatio eſt principiū. ¶ Sed forte dices q Ari. nō loquitur de nominibus. ſed de rebus ſignificatis p nomina. nō ergo ſunt tantū tria nomina. ſed erunt tria preter nomina que ſunt principia. ¶ Preterea. nullum nomen eſt principiū generatiōis rei naturalis. ergo nō ſunt tria principia. pter trinitatem nominum. ¶ Dōm eſt q Ariſto. in phia ſua naturali ⁊ in alijs ſcientijs ſepe loqtur de nominibus pro noibus. q̄tūcunqꝫ ſit phus realis. ⁊ hoc qr ſepe propoſitiones in quibus noia predicantur de noibus pro noibus. conuertuntur in propoſiti in quibus oēs termini ſumuntur ſigtiue. ſicut iſte due conuertunt. aial predicatur de hoie. ⁊ homo eſt aial. ⁊ ſicut iſte due. album p̄tur de corpore. ⁊ corp⁹ eſt albū. Silr iſte ꝯuertunt. p̄n^m p̄tur de ſbto priuato. ⁊ forma ⁊ ſbʒ eſt p̄n^m. ⁊ priuatum eſt p̄n^m. ⁊ forma eſt p̄n^m. ⁊ iō cū logica p̄ſupponat oi ſcie reali nō eſt incōueniens q phs in ſcia nāli vtat aliquo terio logicali ⁊ aliq̄ ppōne ꝯuertibili cuʒ vna ppōne vl' plurib⁹ in qua vel qbus oēs teri ſumūt ſigtiue. ⁊ ſic eſt in ppoſito. ¶ Ad ſcōʒ dōm: q Ari. nō cōcedit abſolute q ſint. 3. p̄n^a ſed dicit q ſūt quodāmō duo ⁊ quodāmō tria. p hoc volēs innuere q a parte rei vere ⁊ realr nō ſunt niſi due res q̄ ſūt p̄n^a: ⁊ tm̄ de trib⁹ noib⁹ habentib⁹ diuerſas diffōnes p̄tur vere hoc nomen p̄n^m. ſʒ duo iſtoꝝ noium ſupponāt p eodē. ⁊ hoc eſt qō dicit Ari. p°. phy. Qō ſbm ⁊ op^m nūero qdē vnū: ſpē aūt duo hoc eſt ſbm ⁊ op^m. i. priuatio vere ſūt vnū numero ⁊ realr. tm̄ ſpē. i. rōne vel diffōne iſti teri. ſbm ⁊ oppoſitū. ſunt duo. ſ. hñt duas diffōnes diſtictas. ⁊ h° ē qō ipſe ꝯcludit. ¶ Quare neqꝫ plura ꝯrioꝝ ſunt principia quodāmō. ſʒ duo t.c.67.

vt est dicere duo nũo: nec iterũ penitus duo ꝓpter il
lud ꝙ alterũ est esse ipsis ẜm tria. alterũ enim est esse
hõi ⁊ nõ musico ⁊ ifigurato ⁊ eri. hoc est q̃dãmõ nõ
sunt pl'a p̃nª q̃ p̃nª ꝯtria sed duo: q: s. plures res ex
aiam nõ sunt p̃nª q̃ ille pro qbus noia ꝯtria suppo
nunt. Sicut nõ sunt plures res q̃ sint p̃nª ꝯtria q̃ ille
pro qbus supponũt ista noia. s. ꝑuatuz ⁊ forma: que
supponũt pro mã ⁊ forma: q̃ sunt p̃nª. ⁊ ita tm̃ sunt
duo p̃nª idest res sunt tm̃ due que sũt p̃nª g̃natiõis:
⁊ tñ nõ obstãte ꝙ nõ sint plures res q̃ due nũo. P̃n
cipia tñ sunt nõ penitꝰ duo ꝓpter illud qḋ est esse alte
rũ ipsis idest nota tm̃ de duobꝰ vere p̃dicat̃ hoc no
men p̃nᵐ: sed etiã de plibus ꝓpter diuersas diffõnes
ꝯuenietes illis de qbus vere p̃dicat̃ hoc nomẽ p̃nᵐ
sicut alia est diffõ hois: alia non musici: quãtũcunq3
homo ⁊ nõ musicus sint idem realiter ⁊ nõ distincta
Similiter alia est diffinitio ⁊ infigurati: quãtũcunq3
es ⁊ infiguratũ sint vnũ ⁊ idem realiter. ⁊ ꝓpter tales
diuersas diffõnes põt dici ꝙ quodammodo sunt tria
principia lz realiter non sint nisi duo p̃ncipia ⁊c.

Capitulum. xij.

s D euidentiã intẽtionis p̃dicte q̃ est Arist. vt mihi vr̃ sunt aliq̃ p̃notãda ⁊ aliq̃ ꝓbanda ex dictis eius. ¶ Est aũt notandum ꝙ Aristo. ⁊ alij auctores sepe ponũt actũ exercitũ pro signato ⁊ sepe ecõuerso: sicut qñ dr̃: hõ est p̃mo risibilis: ponit̃ actꝰ exercitꝰ pro actu signato. s. pro isto: de hoie p̃mo p̃dicat̃ risibile: nõ qdẽ pro se sz pro singularibꝰ eius: sic est in ꝓposito. nã iste est actꝰ exercitus: tria sũt p̃nª: ⁊ tñ ponit̃ pro isto actu signato. de tribꝰ vere predicat̃ p̃nᵐ. ¶ Scḋo notãdũ ꝙ Arist. per diuersa esse intelligit diuersas diffõnes exprimẽtes rem ⁊ cõuertibiles cũ diuersis noibus. que qñq3 supponũt ⁊ stãt pro eadẽ re: sicut per diuersa esse hominis ⁊ nõ musici intelligit diuersas diffõnes cõuertibiles cũ istis noibus homo nõ musicũ: que supponũt pro eodẽ: q: idẽ est hõ ⁊ nõ musicum. ¶ Tertio est notãdũ. ꝙ Aristo. per distingui spẽ nõ intelligit distinctionẽ specificã aliquarũ rerũ ex aiam: sed p distingui spẽ intelligit distingui rõne. i. diffõne qḋ nõ ẽ aliud q̃ hẽre diuersas diffões: dicẽte eo sic allegatũ est supra spẽ ⁊ rõne nõ idem dico: vbi capit rõnẽ pro diffõne. ¶ Quarto notãdũ est ꝙ lz sint diuerse diffõnes. poterũt tñ de eodẽ v̇ificari. q̃uis illḋ nõ sit p̃ᵐ diffinitũ per vtraq3 istarum. ⁊ iõ lz hois ⁊ nõ musici sint diuerse diffõnes. tñ vtraq3 poterit de hoie v̇ificari: ⁊ ꝓpter hoc dicit Aristo. ꝙ ẜbm si sit vnũ nũo. tñ est spẽ duo. i. lz ẜbm nõ sit nisi vna res tm̃. tñ diuerse diffõnes sig̃nt ipsam: ⁊ p̃dicant̃ de eiꝰ noie. ¶ Istis visis ostẽdo ꝙ de intẽtione Aristo. est ꝙ nõ sunt nisi duo p̃nª a pte rei. Primo sic. Aristo. dicit ꝙ ẜbm ⁊ oppm̃ sunt vnũ nũo: sicut hõ ⁊ nõ musicũ sunt vnuz nũo. Tunc quero aut inter ẜbm ⁊ oppm̃ extra aiam est aliqua diuersitas vel distinctio aut nulla: si nulla habet̃ ꝓpositũ ꝙ a parte rei nulla est diuersitas p̃ncipioꝝ nisi materie ⁊ forme. ⁊ ideo nõ sunt extra aiam nisi duo principia. Si aũt inter ẜbm ⁊ oppositum est aliq̃ distinctio ex pte rei. aut ergo oppm̃ est aliqḋ vel nihil. si nihil gº nõ est vnũ nũo cum eo qḋ est ens: q: ens ⁊ nõ ens nõ sunt vnũ nũo. Si autẽ est aliqd. aut ergo est ẜba: aut accñs. si ẜba ⁊ est distinctũ. ergo sũt ibi due distincte ẜbe: qḋ est manifeste fl̃m: q: illa ẜba alia a mã nec pt dici mã nec foꝛa nec cõpositũ. Sil'r hoc posito seq̃ret̃ ꝙ ẜbm ⁊ oppm̃ nõ sunt vnũ nũo. Si aũt est accñs ergo nõ sunt vnũ nũo: q: soꝛs ⁊ sua albedo nõ sunt vnũ nũo: cũ plus distinguant̃ q̃ soꝛ. ⁊ plato qui nõ sunt vnũ nũo. ¶ Et si dicat̃ ꝙ Arist. in pluribꝰ locis dicit ẜbm ⁊ accñs sunt vnũ nũo. Dicendũ ꝙ Ari. ibi nõ accipit accñs ꝓ re iherẽte alijs: sed accipit accñs pro re p̃bili ꝯtingẽter ⁊ accipit actũ exercitũ ꝓ actu signato. vt iste sit sensus. de ẜbo ⁊ accidẽte p̃bili ꝯtingẽter p̃dicat̃ vnũ nũo sic dicendo. hõ ⁊ albũ sunt vnuz nũo. Et talia exª ponit Aristo. ⁊ nunq̃ dicit ꝙ hõ ⁊ albedo sunt vnũ nũo. Sic ergo patet ꝙ inter ẜbm ⁊ oppm̃ nulla penitꝰ est distinctio ex aiam: vel sequeret̃ ꝙ nõ sunt vnum nũo: sed sunt vnũ nũo ẜm Aristo. ergo nulla penitꝰ est ibi distinctio: ⁊ p ꝯñs a pte rei nõ sunt nisi duo principia. ¶ Preterea phs exẽplificat de hoie ⁊ non musico: de ere ⁊ infigurato: sz hõ ⁊ nõ musicũ nullo mõ sunt distincta: nec etiaz es ⁊ infiguratum: ergo nec ẜbm ⁊ oppm̃. ꝓbatio añtis: q: arguit̃ syllogistice sic. nullus hõ distinguit̃ ab hoie: nõ musicũ est hõ. ergo nõ musicũ nõ distinguit̃ ab hoie. Simil'r nullũ est distinguitur ab ere infiguratũ est es. ergo infiguratũ nõ distinguit̃ ab ere. ¶ Preterea si ẜbm ⁊ oppm̃ sunt distincta. aut ergo ẜbm ⁊ oppm̃ supponũt pro re sig̃ta per ipsa: aut pro seipsis. si pro se: tũc nõ sunt vnũ nũo. si pro re: eadẽ est res pro q̃ supponũt. gº nõ sunt distincta ⁊ per ꝯñs ꝓpter ẜbm ⁊ oppm̃ nõ est ponẽda aliq̃ pluralitas principioꝝ a pte rei. ⁊ ita a pte rei non sunt nisi duo p̃nª. Qḋ etiã pz ꝑ Ari. vbi dicit ꝙ sufficiẽs erit alterum ꝯrioꝝ facere abñtia ⁊ p̃ñtia mutatione. ¶ Ex quo arguit̃ sic. ex sola abñtia rei nõ sequit̃ aliqua pluralitas in mã vel ex p̃ñtia forme nõ sequit̃ nisi pluralitas mãe ⁊ foꝛe. ergo cũ foꝛa ꝑ sui abñtiam ⁊ p̃ñtiã faciat sufficiẽter mutationẽ. ad mutationem nulla req̃rit̃ plur̃itas. nisi ꝙ p̃mo forma nõ sit p̃ñs mãe ⁊ postea fiat p̃ñs eidẽ. ista ergo duo sufficiũt ad mutationẽ. s. mã ⁊ foꝛa. vt p̃mo mã careat forma ⁊ postea habeat eã. pz ergo ex v̇bis phi ꝙ pro eodem vtunt̃ istis duobus vocabulis. s. priuatio ⁊ ꝑuatũ.

Capitulum. xiij.

q Q Voniã solo dubioꝝ est v̇itatis declaratio subiũgẽde sũt aliq̃ obiectiões ꝯ dicta ad ꝓbãdũ ꝙ nõ est de intẽtione Aristo. negare distinctionez a pte rei inter ẜbm ⁊ ꝑuationẽ. qḋ ꝓbat̃. Primo sic. nihil est in seipso: priuatio est in mã. ergo priuatio non est mã. ¶ Preterea nihil subijcit̃ sibiip̃i: sed materia subijcitur priuationi. ergo ⁊c. minor patet. naz dicit Aristo. ꝙ oportet subijci aliqd contrarijs. ergo mã nõ est ꝑuatio cui subijcit. ¶ Tertio sic. ẜm Aristo. materia manet siue subiectũ. priuatio aũt nõ manet. ergo nõ est idẽ: q: manẽs ⁊ nõ manẽs non sunt idez.

¶ Quarto

Marginalia:

Textu c. 67.

tm̃ duo esse p̃nª rer nãliũ realia extra animaz

5º methaphi. t. c. 7.

pº phi. t. c. 68

Rõnes qbꝰ ꝓbatur ꝑuatõez realit' distingui a materia

pº phi. t. c. 64

t. c. 79

¶ Quarto ſic. per Cōmētatorē in diuerſis locis priuatio corrumpitur in aduentu forme: ſed materia ſine ſubiectū nō corrūpitur in aduentu forme. ergo nō ſunt t.c. 67 idem. ¶ Quinto ſic. Ariſt. ponit ꝙ priuatio eſt prīncipiū ꝑ accñs ⁊ nō per ſe. quo dato q̄ro pro quo ſtat ibi ly priuatio: aut pro ſubiecto vel materia: aut ꝓ voce aut pro aliquo alio a parte rei. ſi pro ſubiecto vel pro materia falſuȝ dicit: q2 mā nō eſt principium per accidens: ſed per ſe. ſi pro voce falſum dicit: q2 illud nomē nec per ſe nec per accidēs eſt principiū. ſi pro aliquo alio a parte rei: habetur propoſitum ꝙ eſt oīno aliquod aliud a mā qḋ eſt principiū tertiū. ¶ Pro iſtis ſciendū eſt ꝙ Ariſto. ⁊ Augu. frequēter vtunt ſermōib⁹ improprijs ⁊ figuratiuis ⁊ topicis: ſicut cōmuniter dicit ꝙ ſmones autētici ſumēdi ſunt in ſenſu in quo fiūt ⁊ nō in ſenſu quē faciunt. ⁊ ideo plus attendēda eſt eoꝝ intētio q̄ eoꝝ verba. imo frequenter eoꝝ verba ſunt exponēda: que niſi in bono ſenſu exponant falſa ſunt ſimplr. talis aūt expoſitio faciēda in auctorib⁹ extrahenda eſt ex dictis autenticis. ⁊ partim ex euidēti ⁊ manifeſta rōne. ⁊ ideo eſt dicendū ꝙ Ariſto. multos ſermones ponit iꝓprios de priuatiōe. ⁊ ideo ſunt exponēdi.

Diſſolutio rationū ¶ Ad iſta ergo dico ⁊ pmo ad primuȝ qñ dicitur. nihil eſt in ſeipſo ꝙ hoc eſt verū ſm ꝓprietatem verboꝝ: ſed qñ dicit. priuatio eſt in materia. iſta nō eſt vera: niſi bene intelligatur vt iſte ſit ſenſus. materia eſt ꝓuata. vnde per tales propoſitiōes. materia habet priuationē: materia eſt ſub priuatione. in materia eſt priuatio: ſemꝑ dꝫ intelligi iſta materia eſt priuata forma quā non habet. ¶ Ad ſecūdū dico quādo dicit ꝙ ſm phm oportet aliquis ſubijci cōtrarijs. Dicendū eſt ꝙ qñ cōtrariuȝ eſt forma contraria vel repugnās forme expellēde. tūc verū eſt ſicut ſonat ꝙ aliqd ſubijcitur cōtrarijs. quādo aūt nulla forma expellit: tūc nō eſt verū ſicut ſonat: ſed debet intelligi ſic. ꝙ materia primo priuatur forma ⁊ poſtea informatur ea. ⁊ hoc ſufficit ad mutationeȝ. Aliter poteſt dici ad iſtas duas obiectiones. ¶ Ad primā. ꝙ priuatio eſt in materia per ꝑdicationē ⁊ nō per realē inexiſtentiā: q2 hec eſt vera. mā eſt priuata. ¶ Ad ſecūdā. ꝙ aliquid ſubijcitur cōtrarijs per predicationē. ita ꝙ iſte ſunt ſucceſſiue vere. materia eſt priuata. materia eſt informata. quaruȝ veritas cauſatur ex hoc ꝙ mā primo caret forma ⁊ poſtea hēt eam. vñ ponatur ꝙ materia nihil habeat penitus. ſ. ꝙ nō habeat formā ⁊ poſtea habeat eaȝ. vere primo eſt priuata forma ⁊ poſtea eſt iformata ea. Et ita ad mutationeȝ nihil reqritur: niſi ꝙ materia ꝑexiſtens primo nō hēat formā ⁊ poſtea habeat formā. ⁊ per ꝯſequēs nō oportet ponere aliquod tertiū diſtinctum ab eis. ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ ideo dicit Ariſto. ꝙ priuatio nō manet: q2 adueniente forma falſum eſt dicere ꝙ ſubiectū ſit priuatuȝ: nec materia dicitur ampli⁹ priuata illa forma: ſed illud qḋ prius erat priuatū tūc vere manet non priuatū ⁊ ꝙ hec ſit intētio Ariſto. pꝫ: q2 ſicut dicit ꝙ priuatio ſiue oppoſitū nō permanet. ita dicit ꝙ nō muſicū ⁊ in muſicū non permanēt adueniēte muſica. ⁊ tamē manifeſtū eſt ꝙ oīno res que fuit nō muſicū ꝑmanet. vñ iſte idē qui prius erat nō muſicus ſi nō eſt muſicus ꝑmanet: lꝫ hec tūc nō ſit vā ꝑmanet nō muſicū. Uult ergo Ari. dicere ꝙ adueniēte forma hec eſt vā. ſbm ꝑmanet ⁊ nō iſta. permanet ꝓuatū vel ꝑmanet nō muſicū: nō q2 aliqd qḋ prius erat ſit corruptū: ſed q2 illud ſbm qḋ prius erat priuatū ⁊ carēs muſica nūc nō eſt priuatū ſꝫ eſt hñs muſicā. ¶ Ad 4m dicēdum. ꝙ hec eſt metaphorica locutio: ꝓuatio corrūpitur in aduētu forme: que tñ vā eſt ſub itellectu Cōmen. qui eſt iſte. ſbm ceſſat ꝓuari foꝛa in aduētu forme. ⁊ ꝯſilr debeāt intelligi auctoritates Cōmen. que ſonāt priuationē eſſe in mā. ꝓuationē fieri vel corrūpi: q2 per oēs tales ⁊ ꝯſiles nō intelligitur niſi ꝙ mā qñq3 eſt ꝓuata forma ⁊ qñq3 nō eſt ꝓuata foꝛa iſta. ¶ Ad vltimū dicēdū eſt ꝙ Ari. nō intēdit negare iſtā priuationē ꝑ ſe pnm. ſi ſic ſicut pa facie ſonat intelligatur ſuppoſito ꝙ hoc nomē ꝓuatio ſtet ⁊ ſupponat pro mā: q2 iſte ſylls eſt bon⁹. hec mā eſt per ſe pnm. priuatio eſt hec mā. ergo ꝓuatio eſt ꝑ ſe pnm. Sed intelligit phs ꝙ hec eſt ꝑ accñs ⁊ nō per ſe. priuatio eſt pnm. qḋ qdem verū eſt. naȝ ſi hec eſſet per ſe. priuatio eſt pnm: hoc nomē priuatio nō ſignificaret negatiue illud qḋ eſt pnm per ſe cuiuſmodi ē forma. Dicēdū eſt ergo ꝙ hec eſt ꝑ accñs ⁊ non per ſe. priuatio eſt pnm: ⁊ hoc q2 priuatio ſignt formā non exiſtentē que tñ eſt pnm per ſe. ⁊ que non pōt eſſe pnm niſi qñ exiſtit. ¶ Sed queres forte ſi priuatio eſt pnm qūo hec eſt vera. priuatio eſt pnm: aut qñ priuatuȝ eſt: aut qñ priuatū nō eſt nō pōt dari pm. nam tūc hec eſſet falſa. priuatio eſt pnm: q2 ſequitur. priuatio eſt pnm. ergo mā eſt priuata: ſed ꝯñs tūc eſt falſuȝ. ergo ⁊ añs: nec pōt dari ſcōm: q2 nihil eſt pncipiuȝ nō entis. ergo priuatio nō eſt pnm anteq̄ pricipiatū ſit. Dicendū ꝙ iſta pōt ꝓcedi abſolute ꝓuatio ſiue priuatū eſt pnm qñ principiatuȝ nō eſt ſub bono ſenſu vel intellectu iſto. ſ. ſbm ꝓuatur forma q̄ poſtea informabitur. vt iſta ꝓpō. priuatio eſt pnm: equalet iſti de futuro que eſt expreſſa ⁊ pro tanto dicatur pnm per accñs ꝓpter cauſaȝ prius dictā: q2 ipſa non eſt vera ſi intelligatur mere de pñti. ſ. qñ principiatū eſt. ⁊ cū dꝫ nihil eſt pnm nō entis verū eſt ꝑ ſe tñ ꝑ accñs ſub bono ſenſu vel intellectu prius dato aliqd pōt eſſe pnm nō entis. hoc eſt dictu aliqd pōt eſſe priuatū aliq̄ forma que nō eſt: quā imediate poſt habebit cū q̄ faciet per ſe vnum compoſitum.

## Caplm. xiiij.

Videndū eſt iam de nūo principioꝝ quot ſunt: ⁊ itēdo hic loq de mā ⁊ forma ꝑciſe: q2 ex dictis apparebit qd ꝓportionabilr ē dicēdū de priuatione. Dico ergo ꝙ lꝫ phs ponat tria pna aliquo mō ⁊ quodāmō tñ duo. non tñ intelligit hoc ſicut pa facie ſonat: ⁊ ſicut moderni intēdūt. nō eni vult ꝙ aliqua duo que ſunt ſint pa pna cuiuſlibet gñationis ⁊ gñati: lꝫ ponatur ꝙ ſint aliq̄ prīna poſteriora primis ꝑncipijs. Sꝫ intelligit ꝙ cuiuſlibet gñatiōis ⁊ gñati ſunt duo prīna prima ꝑ ſe. ſ. mā ⁊ forma: tñ diuerſorū gñatoꝝ ſunt diuerſa prīna prima. ita ꝙ cuiuſlibet gñati ſunt duo prīna. ſ. mā ⁊ forma illius gñati. ⁊ iō Quo ꝗ ſit ꝙ omniuȝ gñabilium ſint duo pricipia tm̄

ſunt alia prīn^a prima iſtius gn̄ati ⁊ alia illius. ita ꝙ al
terius ⁊ alterius gn̄ati ſunt alia ⁊ alia prīn^a p̄^a. lȝ ſi
cut poſt dicet idem eſt p̄n^m q̄n̄q̄ diuerſoꝝ principia
toꝝ ſeu gn̄atoꝝ ſibiīuicē ſuccedentiū. Sed q̄n̄o di
cit tūc Ariſto. ꝙ ſunt duo prīn^a tm̄. Dicēdū ꝙ iſta ē
v̄a. cuiuſlȝ gn̄ationis vni^9 ſunt duo prīn^a tm̄: q̄r q̄li
bet ſingularis eſt v̄a. ſ. iſti^9 gn̄ationis ſunt duo prīn^a
tm̄. ⁊ illius gn̄atiōis ſunt duo prīn^a tm̄. ⁊ ſic de ſin
gulis. ⁊ tn̄ cū hoc ſtat ꝙ ſint pl̄a p̄n^a ſimpl̄r q̄ꝫ duo:
q̄r q̄t ſunt gn̄ata ſimul exn̄tia tot ſunt ⁊ plura prīn^a:
q̄r. ſ. in duplo plura ſunt prīn^a ꝑ ſe: ⁊ hec eſt intentio
phī. Aliter eſt dicēdū ⁊ reddit in idē: ꝙ tm̄ ſunt duo
gn̄a principioꝝ ꝑ ſe. ſ. m̄a ⁊ forma. ita ꝙ quodlibet
principioꝝ ꝑ ſe vel eſt m̄a vel forma: tn̄ iſta gn̄a non
ſunt prīn^a rerū ex̄: ſed ſunt noīa cōia ad prīn^a rerū. q̄
variant ſicut ⁊ gn̄ata. Et p̄bo ꝙ quot ſunt gn̄ata tot
ſūt ⁊c̄. q̄r prīn^a ꝑ ſe aut ſunt ſingularia aut vl̄ia. ſi ſin
gularia manifeſtū eſt ꝙ alia foꝛa ſingularis eſt i vno
ꝯ reales gn̄ato ⁊ alia in alio. ergo q̄t ſunt gn̄a tot ſunt foꝛe in
eis. que ſunt ꝑ ſe prīn^a coꝝ. Si dicat ꝙ illa ꝑ ſe prīn^a
prima ſunt quedā vl̄ia cōia ſingularib^9. Contra ſm̄
t. c. 48 Ariſto. 7^o metaphy. nullū vl̄e eſt ſb̄a. ergo nullū
vl̄e eſt prīn^m per ſe alicuius ſingularis. ¶ Preterea
lȝ m̄a prima que eſt primū prīn^m p̄cedat gn̄atum. tn̄
forma que eſt prīn^m primū nō p̄cedit gn̄atū. ergo nō
eſt prīn^m illud vl̄e. Itē forma que eſt primum p̄n^m
per ſe alicuius gn̄ati hēt eſſe per gn̄ationē. ergo non
p̄cedit: ſed vl̄e p̄cedit: ergo ⁊c̄. ¶ Item ſm̄ ponētes
ſic. circa prima prīn^a eſt mutatio per ſe: ſed ponētes
vl̄ia extra dicūt ꝙ ſȝ vl̄ia nō eſt mutatio niſi ꝑ accn̄s.
ergo prima prīn^a nō ſunt vl̄ia. ¶ Dicēdū eſt ergo ꝙ
cū ph̄us ex intētione reprobet illā opinionē q̄ ponit
vl̄ia eſſe ſubſtātias. Seq̄tur ꝙ reprobāda eſt opinio
ponēs vl̄ia eſſe prīn^a ſubarū. ¶ Dicēdū eſt ergo ꝙ
prīn^a nō ſunt vl̄ia: ſed ſunt ſingularia q̄ pl̄a ſunt nūo
in diuerſis. ita ꝙ hec foꝛa iſtius gn̄ati eſt primū p̄n^m
iſtius gn̄ati: ⁊ illa foꝛa alterius gn̄ati eſt prīn^m illi^9. ⁊
ſic eſt de m̄a: q̄r alia eſt p̄^a m̄a mea ⁊ alia eſt p̄^a m̄a
tua. ⁊ ſic de alijs: tn̄ ad quācunq̄ gn̄ationē ſufficiūt
duo prīn^a prima. ſ. m̄a ⁊ foꝛa. Sed ad diuerſaȝ gn̄a
tionē reqrit diuerſa m̄a ſi ſimul ſit cū alia gn̄atiōe ⁊
diuerſa foꝛa ſi ſimul ſunt gn̄ationes. ¶ Sic ergo pȝ
logice loquēdo ꝙ iſta eſt ꝯcedēda. cuiuſlibet gn̄atio
nis ⁊ gn̄ati ſunt tm̄ duo prīn^a. ſ. m̄a ⁊ foꝛa: q̄r q̄libet
ſingularis eſt v̄a: ſed iſta eſt falſa. tm̄ duo ſunt prīn^a
cuiuſlibet gn̄ationis: q̄r quelibet ſingularis exponē
tis affirmatiue eſt falſa. Cap^lm. xv.

hic agit de m̄a q̄ ad ei^9 eē

# I Am dicēdū eſt de m̄a ⁊ foꝛa in ſpāli qd ſunt.

⁊ de ꝓprietatib^9 earū. Et p̄io de m̄a circa
quā eſt ſciēdū ꝙ m̄a eſt q̄dā res actualiter
exn̄s in reruȝ n̄a que eſt in po^a ad oēs formas ſb̄ales
nullā h̄n̄s nec̄io ſemꝑ ſibi inherentē ⁊ inexiſtentem.
Sed q̄cūq̄ forma ſubſtātiali data ipſa m̄a pōt ea pri
uari ⁊ pōt eā habere ſm̄ q̄ꝫ agēs q̄n̄q̄ cauſat eam in
m̄a q̄n̄q̄ nō cauſat. ⁊ iō nō eſt imaginandū ꝙ m̄a ſit
qd i po^a tm̄ de ſe. ſ. ad eſſendū ad modū quo albedo
futura eſt tm̄ in po^a. Sȝ m̄a eſt v̄e actu ex ſeipſa. ita
ꝙ ꝑ nullā v̄tutē pōt eſſe in po^a ad eſſe in reꝝ n̄a. ſ. ſꝑ
eſt actu in rerū natura. lȝ ſemꝑ ſit in po^a ad formā q̄
priuat imo ipſa eſt de ſe ingn̄abilis ⁊ icorruptibilis:
q̄ ꝑ nullā po^m pōt nō exiſtere. ⁊ iō eē ſuū ꝓpriū nō
hȝ a foꝛa: ſed eſt q̄dā entitas indiſtincta a q̄dā eē: q̄ꝫ
eſſe vel entitas priuat alio eſſe ſiue alia entitate quam
hȝ recipe. ſ. foꝛa. ita ꝙ nihil recipit p̄ter formā: neq̄
imaginādū eſt ꝙ foꝛa aliqd aliud a ſe cauſet in mate
ria q̄ſi materia recipiat a foꝛa q̄dā eſſe mediū inter
materiā ⁊ formā: ſȝ materia recipit ipſaȝ formā ⁊ eē
q̄ꝫ eſt real̄r foꝛa ⁊ nihil aliud recipit. ⁊ iſte due enti
tates p̄tiales faciūt vnū totū vl̄ magis ꝓprie loquēdo
ſūt due p̄tes vni^9 entis ſeu eē totalis: q̄ꝫ eſt cōpoſituȝ
ex illis ⁊ m̄a recipit ſucceſſiue diuerſas foꝛas ⁊ diuer
ſa eē foꝛalia que ſunt real̄r ipſe foꝛe: q̄ materia ē vna
nūo in gn̄ato ⁊ corrupto: lȝ ſint in diuerſis gn̄atis ſi
mul exn̄tib^9 diuerſe materie q̄ ſunt oīo eiuſdē rōnis
⁊ pn̄t facere vnā m̄am nūo ad modū q̄ due aq̄ ſepa
rate adinuicē pn̄t vniri ⁊ facere vnā aquaȝ nūo. Sic
materia primi aſini ⁊ materia p̄ia hoīs pn̄t trāſmu
tari a formis ſb̄alib^9 aſini ⁊ hoīs ad formā ſb̄alem ae
ris vel ignis vel alteri^9 corpis q̄ pn̄t vniri ⁊ facē vnū
nūo: ⁊ tūc eodē mō ille materie ꝯiūcte faciūt vnam
materiā nūo. Iſta aūt p̄^a m̄a lȝ ſit vna res exn̄s in re
rū natura: nō tn̄ a ſenſu vl̄ itellectu eſt apprehēſibilis
cognitiōe ꝓpria ⁊ ſimplici: ſȝ eſt itelligibilis ꝑ analo
giā ad formā tm̄. i. tn̄ pōt cognoſci notitia cōpoſita
ſub foꝛa: q̄r eſt q̄dā entitas ſe h̄n̄s ad formā ſb̄alē: ſic
ſb̄m ſe hȝ ad diuerſas q̄litates q̄s recipit vel pōt reci
pere ſucceſſiue: ⁊ ſicut idē corp^9 pōt ſucceſſiue eſſe in
diuerſis locis: q̄re ⁊c̄. Cap^lm xvj. pbō di
ctoꝝ p̄ce
dētis
capl̄i

# V Trum m̄a ſit q̄dā entitas actualis. manifeſtū eſt ꝙ ſic: q̄r illud

q̄ꝫ nō eſt nulli^9 pōt eē prīn^m: ſȝ m̄a actua
liter eſt p̄s ⁊ prīn^m entis cōpoſiti. ergo ipſa
eſt actualis entitas in actu. Sc̄ďo ſic. oīs ſb̄a q̄ eſt in
actu eſt in rerū natura: ſȝ materia eſt ſb̄a cū ſit pars ⁊
prīn^m ſb̄e ⁊ illud q̄ꝫ eſt ſb̄a nō cōponat niſi ex ſubſtā t. c. 51.
tijs ſm̄ Ariſt. g^o materia eſt v̄e ſb̄a in actu. ¶ Tertio
ſic. illud q̄ꝫ nō eſt in actu ſed pōt eſſe in actu pōt ꝓdu
ci ⁊ eſſe de nouo: ſed materia nō pōt ꝓduci nec eē de
nouo: q̄r tūc nō ſupponeret gn̄ationi. ergo materia
v̄e ē in actu. ¶ Quarto ſic. ſi m̄a nō eēt in actu hoc
nō eēt niſi q̄r m̄a nunq̄ ē ſine foꝛa: ſed ſicut materia
nunq̄ eſt ſine foꝛa. ita foꝛa nunq̄ eſt ſine m̄a. ergo
q̄ rōne m̄a nō dȝ in actu eſſe: q̄r nunq̄ eſt ſine foꝛa.
eadē rōne diceret formā nō eſſe in actu: q̄r nunq̄ eſt
ſine m̄a. ꝯn̄s eſt falſuȝ g^o exquo ſequit. Sȝ dices ꝙ ꝯ ꝓpriā
hoc ꝯ intētionē Ariſt. ⁊ Com. di. ꝙ m̄a ſubſtētat ꝑ ſniaȝ in
poſſe. ergo m̄a vel ſb̄a materie ē q̄dā po^a. ergo nō ē ō ſb̄a or
act^9. ¶ Preterea ſi m̄a eēt de ſe q̄dā act^9. ergo non bis cap.
eēt in po^a ad oēm actuȝ: q̄ꝫ v̄r eē ꝯ ph̄m q̄ v̄r dicere ꝑmo
ꝙ eſt in po^a ad oēm actū. ⁊ ꝙ nullū actum hȝ de ſe. Hec di
¶ Ad euidētiā iſtoꝝ ē ſciēdū ꝙ act^9 capit multipl̄r. ctio act^9
vno^9 ſumit ſtricte ꝓ actu iformāte aliud ⁊ adueniēte dȝ m̄l̄tis
ſibi de nouo. 2^o capit ꝓut diſtinguit ꝯ eſſe in po^a. modis.
ideſt ꝯ illud q̄ꝫ nō ē in reꝝ n̄a: ſȝ pōt eē. ꝑmo^9 capiē
do actū. dicēdū ē ꝙ materia ē in po^a ad oēm actum

ſb̄alē

ſbalē ⁊ nullū actū hꝫ de ſe: ſꝫ eſt pura poᵃ diſtinguēdo potētiā ꝯ actū ſic ſumptū: qꝛ tūc act⁹ ſumit̃ ꝓ forma ſbali aduenienti ipſi māe. ⁊ ſic Com. capit actū. ⁊ iõ oēs ſue auctoritates ſūt vē. ſcõo modo capiēdo actū: dico ꝙ materia ē qdā act⁹ .i. mā eſt exñs i rerꝝ natura: nec eſt in poᵃ ad oēm actū: qꝛ nō eſt in poᵃ ad ſeipſaꝫ.

Rñᵒ ad oba

¶ Per hoc ad pᵐ dicēdū ꝙ iõ dicit Com. ꝙ mā ſubſtentat̃ ꝑ poſſe: qꝛ ſꝑ ſba materia eſt in poᵃ ad aliquā formā: qꝛ eoipſo ꝙ recipit vnā formā ē in poᵃ ad aliā.

Qō an poᵃ ſit ꝺ eſſentia materie

¶ Et ſi q̄res. nūqd poᵃ eſt de eē vel ſba materie: ⁊ nūqd mā eſt ſua poᵃ. Dicēdū eſt ꝙ ſꝫ bonū intellectū vtrūqꝫ pōt ꝯcedi: lꝫ magis ꝓprie debeat dici ꝙ poᵃ eſt ſba materie idest poᵃ eſt ſba que eſt materia. ⁊ materia eſt poᵃ: qꝛ materia eſt q̄dā poᵃ ad formā ſbalē. ita ꝙ poᵃ nō eſt qd mediū iter mām ⁊ formā: ſꝫ materia ē ipſa poᵃ q̄ pōt recipe formā. Sꝫ dices forte ꝙ poᵃ ē relatio fūdata i materia. gᵒ nō eſt de eēntia materie vel nō eſt ipſa mā. ¶ 2ᵒ ſic. ſi mā eſt poᵃ tūc eēt poᵃ ad aliquā formā: ſꝫ mā nō eſt poᵃ ad aliquā formā: qꝛ mā pōt eſſe ſine poᵃ ad illā formā. ergo ⁊c̃. ¶ 3ᵒ ſic. poᵃ ⁊ act⁹ ſunt oppoſita. gᵒ nō v̉ificant̃ de eodē: ſꝫ materia ē act⁹ ſicut dictū ē. ergo nō ē poᵃ. ¶ 4ᵒ ſic. ſi materia eēt poᵃ hec eſſet ꝑ ſe pᵒᵒ. mā ē poᵃ qᵒ eſt fſm. gᵒ ⁊c̃.

ſoluitur queſtio.

¶ Ad primū iſtoꝝ dicendū eſt ꝙ poᵃ nō ē relatio fūdata in materia: ſꝫ ē ipſamet mā ⁊ nō fundat̃ in ea. tñ hoc nomē poᵃ ē nomē relatiuū natū v̉ificari de mā: ⁊ natū ſupponere ꝓ ea. nec ad hoc reqrit̃ q mā hēat aliqd i ſe: ſꝫ ſufficit ꝙ poſſit hr̃e aliqd qᵒ nō hꝫ ſicut hō eſt in poᵃ ad albedinē: nō qꝛ hēat aliqd actu de albedine: ſꝫ qꝛ pōt hr̃e albedinē quam nō hꝫ.

Qᵒ poᵃ non ſit res diſtincta a materia

¶ Qᵒ aūt poᵃ nō ſit talis res exñs i mā ſicut multi imaginant̃ pꝫ: qꝛ ſi eēt talis res aut eēt ſba aut accñs nō ſba manifeſtū eſt: qꝛ tūc aliq̄ ſba ꝑcedēt in mā formā ſbalē nec eſt accñs: qꝛ accñs reqrit ſbaꝫ: ⁊ qꝛ nulla talis q̄litas ꝑt poni nec ē aliqᵒ aliud accñs ſm prinᵃ Ariſt. ſic alibi oñdet̃. ¶ Siīr ſi eēt accñs cū nō maneat in aduētu forē: vē corrūperet̃. quod nō vꝫ verꝝ: qꝛ forā ad talē potētiam non vꝫ repugnātia. ergo ꝑ aduētū forme nō corrumpit̃. ¶ Preterea ſm ponētes tal̃ reſpect⁹ reſpectu nō entis nō ē relatio realis: ſꝫ forā ad quā mā ē in poᵃ nō ē ens qñ mā eſt in poᵃ ad eā. gᵒ reſpectu illi⁹ nō eſt relatio realis. gᵒ nō eſt res exñs in mā. ¶ 3ᵒ ſic. ſi poᵃ māe eſſet aliq̄ res exñs in mā nō plus eſſet reſpectu vni⁹ forme q̄ꝫ reſpectu alteri⁹. gᵒ reſpectu cuiuſlibet forā q̄ priuat̃ mā ⁊ quā pōt hr̃e eſſet talis res: ſꝫ tales forē ſunt īfinite. ergo in materia ſūt actu res infinite. qᵒ eſt ipoīe. Si dicas ꝙ in materia nō ſūt īfinite ſiue diſtincte poᵉ niſi reſpectu formarū ſpecie diſtinctaꝝ. Hoc nō vꝫ: qꝛ adueniēte vna forma adhuc materia eſt in potētia ad aliam formā. ⁊ hoc reſpectu alteri⁹ forme eiuſdē rōnis. ergo in materia eſt potentia reſpectu illius forme: ſed in materia nō eſt potētia reſpectu forme quā habet actu. ergo prius erāt diſtincte potētie reſpectu illarū formarū qñ caruit vtraqꝫ ſi potētia ſit alia res a materia. ¶ Quarto ſic. qua rōne potētia materie qua pōt eſſe ſub forma eſſet alia res a materia: eadē ratione potētia qua pōt eſſe corpus in loco eſſet alia res a corpore cuꝫ corpus poſſit eſſe in loco. cōſequens eſt falſum. ergo ⁊ antecedēs: falſitas ꝯſequētis patet: qꝛ ſi potētia qua corpus pōt eſſe in loco eſſet alia res a corpore cū corpus quādo eſt in loco nō habeat illam potētiam ſi ſit talis res. ⁊ pōt habere eā: eſſet tunc potētia reſpectu potentie in eodem: qꝛ tunc corpus eſſet in potētia ad illā potentiam. quod eſt abſurdū.

propria ſentētia

¶ Dicendū eſt ergo ꝙ potentia nō eſt aliqua res exiſtēs in materia: ſed eſt ipſamet materia. ⁊ ipſa ſcꝫ materia reſpectu forme ſubſtantialis eſt potētia ⁊ magis propria locutio eſt dicere ꝙ materia eſt potētia reſpectu forme ſubſtantialis q̄ꝫ ꝙ materia eſt in potētia reſpectu forme ſubſtātialis: lꝫ auctores vtant̃ vna pro alia. ¶ Ad ſecūdū dicendū eſt ꝙ lꝫ materia ſit in potētia ad formā. nō tñ ſemꝑ eſt in potētia ad illā formā: ſed ſolū eſt in potentia ad illā formā quādo nō habet eā ⁊ pōt habere eam nec plus importat̃ per hāc ꝓpoſitionē. materia eſt in potētia ad vnā formam. Et ideo quādo dicit̃. materia pōt eſſe ſine potētia ad illā formam. dico ꝙ iſta ꝓpoſitio pōt habere duplicē itellectū quoꝝ vn⁹ ē iſte. poſſibile eſt ꝙ materia ſit ⁊ ꝙ nō ſit in potētia ad iſtā formā. ⁊ iſte intellectus eſt verus: ſed ex hoc nō ſequitur ꝙ nō ſit potētia ad formā iſtaꝫ: ſed ꝙ poteſt nō eſſe potentiā ad formā iſtam. quod vtiqꝫ eſt verū vnde ſicut nō obſtāte ꝙ ſortes pōt nō eſſe alb⁹. tamē in rei veritate eſt albus. ita nō obſtāte ꝙ materia poſſit nō eſſe potētia ad iſtam formā: tamē in rei veritate oīno eſt in potentia ad iſtā formā. ¶ Alius intellectus pōt eſſe ꝑdicte ꝓpoſitionis ſcꝫ ꝙ materia poteſt eſſe ſine illa re que nūc eſt potētia ad illā formam. ⁊ hic ſenſus eſt falſus. ſicut nec homo pōt eſſe ſine illa re que nūc eſt alba. ⁊ tamē cōtingenter homo eſt albus. ¶ Ad tertiū dico ꝙ potētia ⁊ actus ſumpta ſic generaliter nō ſunt oppoſita: qꝛ potētia ad formā ⁊ actus exiſtēs in rerū natura nō ſunt oppoſita. tamen eſſe in potentia ad formam ⁊ eſſe actu ſub illa forma ſunt vere cōtraria: ſed illa nō competūt ſimul materie. ¶ Ad vltimuꝫ dico ꝙ iſta cōſequētia nō valet. materia eſt potētia ad hāc formā. ergo hec eſt per ſe primo modo. materia eſt potētia. nō plus q̄ꝫ ſequit̃ homo eſt albus. ergo hec eſt per ſe primo mō homo eſt albus. Sed forte dices: non eſt ſimile: qꝛ lꝫ quando cōcretū ꝑdicatur de alio cōcreto vel abſtracto talis cōſequentia nō valeat. tamen quādo ꝑdicatur abſtractum de abſtracto. cōſequētia eſt bona. ⁊ ſic eſt in propoſito: qꝛ potētia eſt quoddā abſtractū. ¶ Dicēdū eſt ꝙ talis ꝯſequētia nō valet generaliter nec in abſtractis nec in cōcretis. tamē quādo ſubiectū ⁊ predicatum ſunt vere abſtracta ⁊ abſtracta nullo mō importātia aliqua diuerſimode ſi ſit predicatio directa: pōt ꝯcedi ꝯſequētia: ſed potētia nō eſt tale abſtractū: qꝛ potētia ſignificat materiā in recto ⁊ formā nō exiſtentē in obliquo. ¶ Ad duo ſequētia argumenta ⁊ ad omnia ſimilia patet modo per predicta: qꝛ materia eſt in potentia ad omnem actū natum informare aliud ⁊ nullum talem actū habet materia de ſe lꝫ ſit vere ens in actu.

Capitulum. xvij.

N On ſolum aūt mā prima eſt illa q̄ eſt in potentia ad oēs formas oium ſpecieꝝ formaꝝ generabiliū ⁊ corruptibiliū: ſed etiā eſt quedā res actu exiſtēs ⁊ eſt ingn̄abilis ⁊ incorruptibilis. ita q̄ p nullam potentiam pōt generari nec corrumpi. qđ qdem nō tm̄ verū eſt capiendo gn̄ari ⁊ corrumpi ſtricte pro illo qđ generat ex parte ſua ⁊ corrumpit in partez remanentē. ⁊ iſto modo generari ⁊ corrūpi ꝯueniunt compoſito ⁊ iſto mō forma eſt ingenerabilis ⁊ icorruptibilis. ſz etiā capiendo generari p eſſe de nouo ⁊ corrūpi pro non eſſe in rerū nā. ita q̄ mā prima nec poteſt incipe eſſe nec deſinere eſſe: ſed ſemp eſt actu ſic eniz forma eſt actu poſtq̄ compoſitū eſt generatū: ſz modo non ſit ſeparata a forma. ſicut nec forma ſeparatur a mā.

In p° phiſi. T.c.82

Mām primaz ingn̄abilem eſſe pbatur

¶ Quod aūt non ſit gn̄abilis pbat Ariſto. qꝛ oē qđ fit aut fit ex aliquo tanq̄ ex parte ſua: aut fit in aliquo tanq̄ in ſubiecto ſibi preſuppoſito. Sed mā prima nō fit ex aliquo tanq̄ ex parte ſua. tūc. n. mā prima eſſet cōpoſita. ⁊ p ꝯñs non eſſet pria. Vocatur enim prima mā illa qua nulla eſt ſimplicior. ſz mā prima non eſt cōpoſita: qꝛ tunc ante mām primā eſſet materia prima. ergo mā prima non fit ex aliquo tanq̄ ex parte ſua. nec fit in aliquo tanq̄ in ſubiecto ſibi preſuppoſito. qꝛ mā pria in nullo ſubiecto eſt: ergo nullo mō fit materia prima nec de nouo capit eſſe ſed ſp eſt. ¶ Sed forte dices. mā prima nō hꝫ eſſe niſi a forma. ſed forma de nouo eſt. ergo de nouo dat eē materie. ⁊ p ꝯñs materia de nouo hꝫ eſſe. ergo generat. ¶ Dicēdum q̄ eſſe capit dupliciter. vno mō pro aliquo informante aliud. alio modo pro quocunq̄ exiſtente in rerum natura. capiendo eſſe prio mō. ſic veruz eſt q̄ forma dat eſſe materie. qđ nihil aliud eſt q̄ formam informare materiā. capiendo eſſe ſcđo mō non eſt veꝝ: primo materia eſt quoddā eſſe. i. quoddaz ens vere exiſtens in rerū natura anteq̄ forma ſit. nec illud eſſe variatur: quantūcunq̄ varientur forme vel eſſe formalia variantur. de quo eſſe loquit Com. qñ dicit q̄ materia prima variatur ſcđm eſſe. quod non eſt aliud dicere q̄ q̄ materia hꝫ ſucceſſiue diuerſas formas.

p° phi. Com. t.c.63.

¶ Et ſi dicas q̄ ſi mā hꝫ eſſe diſtictum a forma. tunc forma adueniret enti in actu. ſed qđ aduenit enti in actu eſt accidens: ergo forma ſbalis eſt accidens. ¶ Dicēdū q̄ ens in actu capitur dupl'r. vno modo large ⁊ cōmuniter pro oi ente exiſtente in reꝝ natura. ⁊ ſic non eſt verū q̄ oē quod aduenit enti in actu ſit accidens. ⁊ ſic materia prima eſt ens in actu. ¶ Alio modo capit ens in actu magis ſtricte pro illo quod eſt p ſe exiſtens nō inexiſtēs alteri tanq̄ pars natū ſic conſeruari in eſſe ⁊ ſic verū eſt q̄ oē adueniens enti in actu eſt accidens. ſed ſic materia pria non non eſt ens in actu. qꝛ nunquaz exiſtit niſi ſit pars in altero. ſ. in cōpoſito ⁊ nō pōt eē niſi ps. ⁊ pp hoc forma ſibi aduenies nō eſt accidens.

Cap. xviij.

Māp° eſt vna in habētibus eā ꝫ rōnē

I Sta aūt mā pria eſt eiuſdē rōnis in oib⁹ cōpoſitis. ſz nō eſt vna nūero in oibus cōpoſitis: imo in oibus gn̄atis ſil'r exiſtentibus ſunt diuerſe mē prime nūero diſtincte vel differētes: quō diuerſe albedines differūt. Qđ aūt māe prime oium gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū ſint eiuſdē rōnis pbat. qꝛ fruſtra fit p plura qđ pōt fieri p pauciora ſed ois gn̄atio nālis pōt ſaluari p primā māꝫ eiuſdē rōnis ſine pluritate diuerſaꝝ māꝝ diuerſe rōnis. g° cū mā nō ponatur niſi pp gn̄ationē nālez fruſtra ponent māe diuerſaꝝ rōnū. aſſumptū pꝫ. ſ. q̄ ſufficit vna mā ⁊c. nā illoꝝ que trāſmutant ſbaliter mediate vl' imediate iter ſe eadē eſt mā. qꝛ eadē mā que eſt in corrupto dꝫ eſſe poſtea in gn̄ato. ſed qđlꝫ gn̄abile vl' corruptibile pōt trāſmutari in qđcūq̄ aliud gn̄abile ⁊ corruptile mediate vel imediate ergo oium gn̄abilium ⁊ corruptibilium debet eſſe materia eiuſdem rationis. conſequentia patet. quia ſi diuerſoꝝ generabiliū ⁊ corruptibiliū eēt mā alterius rōnis: h° eēt veꝝ de gn̄abilibus ⁊ corruptibilib⁹. quoꝝ vnū nō pōt trāſmutari in alteꝝ imediate: ſz tm̄ mediate. ſz tū de illis nō eſt veꝝ. nā ſi imediate trāſmutabilib⁹ eēt mā eiuſdē rōnis: ⁊ in trāſmutabilib⁹ mediate nō. tūc trāſmutet. a. i. b: mediate. c. tūc in. a. ⁊. c. q̄ ſunt inuicē trāſmutabilia imediate eſt mā eiuſdē rōnis. ſil'r i. c. ⁊. b. eſt mā eiuſdē rōnis q̄ ſunt inuicē trāſmutabilia imediate. ergo. i. a. ⁊. b. eſt mā eiuſdē rōnis. ⁊ ſic pōt argui de qbuſcūq̄ trāſmutabilib⁹ mediate adiuicē. qꝛ nihil refert q̄ ſint plura media vl' vnū. ſic ergo pꝫ: q̄ in oib⁹ gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ ē mā eiuſdē rōnis.

Mā nō eſt vna nūo in oibus gn̄abilibus

¶ Tñ nō eſt vna nūero in oibus. qđ pbat primo ſic. idē nūero nō eſt ſbm ſil' repugnantiū. ſicut nec idē ē ſbm ſil' ꝯrioꝝ. ſz qdā forme repugnāt iter ſe ſicut forma ignis ⁊ aeris. ergo eadem mā numero non eſt ſimul ſubiectū ſub iſtis formis. ¶ Pre. idez numero exiſtens in loco circūſcriptiue non eſt ſimul in diuerſis locis diſtantibus. ſed mā eſt circunſcriptiue in loco ex quo eſt q̄ta. ergo non eſt ſimul in diuerſis locis. Sed ſi oium generabilium ⁊ corruptibiliū eſſet vna mā numero idez numero eſſet in diuerſis locis. ¶ Pre. materia eſt extenſa. ergo hꝫ partem diſtantem a parte. Sed certū eſt q̄ materia pōt diuidi ſaltim ad diuiſionē totius. ergo diuiſo toto in duas partes vna pars materie erit in vna parte ⁊ alia in alia ergo ibi ſunt diſtincte materie. ⁊ per cōſequens non eſt eadem numero in qbuſcunq̄ diſtinctis ſimul exiſtentibus. ¶ Sed forte dices. omnis vnitas ⁊ diſtinctio eſt a forma. ergo circunſcripta omni forma mā nec eſt vna nec plures. ⁊ per cōſequens non eſt diſtincta numero ex ſe: ſed tm̄ ex forma. ¶ Confirmat ratio. qꝛ ſm Com. in fundamento nature nihil eſt diſtinctum. ergo mā prima nullam hꝫ diſtinctionē ex ſe.

Prio meta. c.17.

¶ Ad primū iſtorum eſt dicendū: q̄ ois vnitas ⁊ diſtinctio p ſe exiſtentis in genere vltimate ⁊ completiue eſt a forma. quia nullum per ſe exiſtens in genere eſt vnum in illo genere niſi habeat formā. ſicut eſt homo vel aſinus vel planta vel aer vel lapis antequam habeat formam. tamen vnitas ⁊ diſtinctio non exiſtentiuz per ſe in genere cuiuſmodi eſt materia non eſt a forma immo precedit formam. ſicut enim materia tota preſupponitur toti forme recepte in ea. ita

ps mãe pſupponit ptĩ forme. ⁊ diſtincte partes mãe pſupponunt diuerſis ptib⁹ forme ſiue diſtictis. ⁊ per pñs illa diſtinctio ptiũ mãe nõ eſt a diſtinctione ptiuʒ forme. ſed pſupponit ſibi. iſta tñ diſtictio nõ eſt diſtinctaruʒ reꝝ p ſe exiſtentiũ in gñe. Per idẽ dõm eſt ad Com. ꝙ in fundamẽto nature nihil eſt diſtinctũ. verum ⁊ per ſe ⁊ completiue exiſtens in genere. tamen eſt ibi diſtinctio entis incompleti non per ſe ſed p reductionem exiſtentis in genere. quare ⁊c.

Capi. xix.

Quõ mã ſe hẽat ad q̃titatẽ In de ſſa or/ bis.

Videndũ eſt quõ mã ſe habeat ad extẽſionẽ: ex qua apparebit quõ ſe habeat ad quãtitatem ⁊ ad dimẽſiones interminatas quas ponit Com. ¶ Sciendũ eſt aũt ꝙ lʒ hec ſit per accñs. mã eſt extẽſa. diſtinguẽdo per accñs contra p ſe primo mõ. hec tñ eſt neceſſaria ⁊ ſemp vera ⁊ per ſe in ſcõo mõ: qꝛ impoſſibile eſt ꝙ ſit mã ſine extẽſione. nõ enim eſt poſſibile ꝙ mã ſit niſi habeat ptem diſtantem a parte. vnde lʒ partes mãe poſſint vniri admoduʒ quo ptes aq̃ ⁊ aeris poſſunt vniri. tñ nunq̃ ptes materie poſſunt eſſe in eodẽ loco. ⁊ ideo ſemp mã habet partẽ diſtantem a pte. ⁊ hoc eſt mãʒ eſſe extẽſam ⁊ quantã vel dimenſionataʒ. qꝛ demẽſio quantitas vel extẽſio: nõ eſt niſi diſtãtia vnius partis ab alia. pp qõ dico ſicut hec eſt vera ⁊ nõ p ſe primo mõ mã hʒ partẽ diſtantẽ a pte. ita nec hec eſt p ſe pmo mõ. mã eſt extẽſa. vna tñ eſt neceſſaria ſicut alia. ⁊ ſicut mã nõ hʒ pteʒ diſtantem a pte ab alio ſibi aduenientẽ: ſine q̃ nõ poſſet hẽre partẽ diſtãtem a pte. ita nec eſt extẽſa p talẽ rem. ſed ſicut diſtãtia vni⁹ ptis mãe ab alia non eſt aliqua res abſoluta ab illis ptib⁹. ita nec extẽſio nec q̃titas ſeu dimẽſiones ſunt alie res. ⁊ iſte ſunt dimenſiones interminate de quib⁹ loquit Com. que iſto mõ intelligende ſunt. nõ ꝙ dimẽſiones itermiate ſint quedã res nõ habentes teriuʒ aduenientes mãe. ſed ꝙ mã nõ eſt ex ſe nec neceſſario alicuius certe q̃titatis. puta mã hec extenſa non eſt neceſſio pedalis q̃titatis nec bipedalis q̃titatis. ſed ſm dimẽſionẽ vel diuerſitatẽ forme eſt maioris q̃titatis vel mi. ſicut magis extẽdit eadẽ mã numero qñ eſt ſub forma ignis. ⁊ min⁹ extẽdit qñ eſt ſub forma aque vl aeris: adhuc min⁹ qñ eſt ſb forma terre. ⁊ iõ ſicut mã nõ eſt ex ſe ſub iſta forma nec ſub illa: ſed qñq; ſub iſta: ⁊ qñq; ſub illa. ita mã quãtuʒ eſt ex ſe nõ eſt alicui⁹ certe quãtitatis. ⁊ p pñs ex ſe nõ eſt terminata termino certo. i. nõ eſt ex ſe ⁊ neceſſario bicubita nec tricubita: ⁊ ſic de alijs. ⁊ hec eſt intẽtio Com. de dimẽſionib⁹ mãe indeterminatis. Qõ aũt mã ſit ex ſe quãta ⁊ dimẽſionata licʒ nõ ſit certe quãtitatis nec determinataꝝ dimẽſionũ qn poſſit eẽ maioꝝ vel minoꝝ dimẽſionũ oñdo ſic. qꝛ aut mã eſt quãta ⁊ extẽſa p ptes ſuas eẽntiales diſtãtes ſitualit. aut p aliã rem ſibi aduenientẽ: queadmodũ hõ eſt albus p albedinẽ ſibi aduenientẽ. Si dẽt pmuʒ habet ppoſitũ. ſcõm nõ põt dari. qꝛ ſicut tota mã pſupponit totali forme ſubſtãtiali ⁊ accñtali. ita ptes mãe pſupponunt partib⁹ forme ſbalis ⁊ accñtalis. ⁊ nõ tm̃ pſupponunt in eſſe ſbali: ſed pſupponunt diſtare ſitualr: ergo pus hẽt partẽ ex partẽ q̃ forma rei ſbialis vel accñtalis. ⁊ p pñs pus eſt q̃ta. ⁊ ita extenſio mãe ⁊ quantitas non eſt alia res abſoluta a materia. ¶ Pre. mã hʒ de ſe aliã ptẽ in loco ⁊ aliã in alia pte loci. ergo de ſe eſt quãta. lʒ hec nõ ſit per ſe pmo mõ mã eſt quãta. Sed forte dices q̃titas eſt accñs: g⁹ nõ eſt q̃titas mãe. ¶ Dõʒ ẽ ꝙ nõ eſt accñs niſi qꝛ de re ptingẽter pbile. ⁊ hoc vl ipamet vel ſpẽs ei⁹. quõ coloratũ pdicat de ligno. tñ qõlʒ ptentũ ſub eo ptingẽter pdicat de eodẽ. ¶ Sed adhuc forte dices: ꝙ ex quo dictũ eſt: ꝙ mã eſt certe quãtitatis p formã. ergo nõ eſt de ſe quãta. Sitr mã terminat p formã. ergo nõ eſt de ſe quãta. ¶ Dõm ꝙ lʒ non hẽat de ſe ꝙ ſit certe q̃titatis vel deteriate. tñ hẽt eẽ ꝙ ſit certe q̃titatis talis vel talis. ¶ Sed querit ſi mã eſſet ſepata ab oi forma an eſſet tũc certe q̃titatis. ¶ Dico ꝙ qõ eſt ipoſſibilis: ideo nõ eſt incõueniẽs pcedere incõueniẽtia que ſequerent. tñ dõm eſt ꝙ ſi mã eſſet ſepata ab oi forma ſbali vel accñtali eẽt certe quãtitatis que ſibi cõpeteret p naturã ſuã vel per actionẽ agẽtis eã. ¶ Adhuc q̃reres q̃re mã eſt maioris q̃titatis qñ ẽ ſb vna for̃a: ⁊ qñ eſt ſb alia for̃a eſt mioris q̃titatis. ¶ Dõm ꝙ qñ agẽs nãle inducit formã ſubſtantialẽ in mã pri⁹ diſponit mãm pdẽſando vel rarefaciẽdo eam que cũ fuerit ſufficiẽter rarefacta vel pdẽſata ſm diuerſitatẽ forme introducẽde introducit forma ſubſtantialis: qua forma itroducta adhuc agẽs in tpe pceptibili rarefacit vel pdẽſat mãʒ ſiml cũ forma vſq; ad teriuʒ pueniẽtẽ tali forme. ⁊ ita mã nõ ſit maioris q̃titatis vel minoris per ſucceſſionẽ alicuius accidẽtis in ea abſoluti: ſed p ſolã pdẽſationẽ vel rarefactionẽ que nõ eſt niſi ptes mãe magis vel minus ſibi inicẽ appropinquari. qõ põt fieri p ſolũ motũ localem partiũ mãe. ſ. p dilatationẽ ⁊ pctionẽ partiuʒ mãe. hoc tñ nõ põt fieri niſi cã agẽte pcurrẽte faciẽte ptes dilatari vel phi. Et hoc de quãtitate ⁊ extẽſione ſiue dimẽſionib⁹ materie ſufficit qꝛ quõ quãtitas ſm Ar. nõ eſt alia res abſoluta a ſubſtãtia ⁊ q̃litate alibi diffuſius oſtendet.

Cap. xx.

De cognobilitate materie.

Etiam oſtendẽdũ eſt q̃modo mã p⁹ nõ eſt itelligibilis ſiue cognoſcibilis per ſe. i. nõ eſt intelligibilis cognitione ſimplici ⁊ ppria ſibi. ſʒ tñ habitis cõceptib⁹ ſimplicib⁹ ⁊ cõibus ⁊ pticularib⁹ aliarũ reruʒ intellect⁹ põt cõponere eas ad inicẽ ⁊ p rõnẽ declarare ꝙ tale cõpoſituʒ ex aliqb⁹ pceptibus ſigt aliqõ a pte rei ⁊ põt de ſtare pro re ſic hito iſto pceptu aliqd puat aliq̃. ⁊ poſtea põt ſtare ſb illo põt itellect⁹ concipe vl pcludẽ ꝙ eſt aliqd in reꝝ natura qõ p⁹ puat for̃a ⁊ poſtea nõ caret ea. ⁊ illud vocat mã. ita ꝙ per talẽ viã vl modũ nõ acqrit aliq̃ cognitio icõplexa ⁊ ſimplex de mã: lʒ tñ vna cõpoſita q̃ declarat mãʒ ⁊ nullã aliã rẽ. cui⁹ tñ notitie cõplexe qlʒ ps exprimit aliqd aliud a mã. ſic qlʒ ps iſti⁹. trinari⁹ eſt nũs impar. vbi qlʒ terius exp̃mit aliqd aliõ a nũo trinario. ⁊ tñ illud totũ declat ſolũ nũm trinariũ. Opʒ ãt ſcire ꝙ hoc nõ ſolũ veꝝ eſt de mã ſʒ ẽt de forma. qꝛ forma ſbalis a nobis p aliã viã cognoſci nõ põt. imo ſic

materia cognoſcit ꝑ analogiã ad formã. ita forma ſubſtãtialis cognoſcit ꝑ analogiã ad mãm. nec põt cognoſci eſſe forme capiẽdo formã nõ pro qualibet re exñte que nõ eſt mã. ſed pro re nata informare aliã: niſi cognoſcat aliquo mõ mã: ſicut nec aliqs põt cognoſcere eſſe pr̃is niſi cognoſcat eſſe filij aliquo mõ. tamẽ aliqñ conceptiones facilius ⁊ a pluribꝫ habẽtur de forma ꝙ de mã. ⁊ ꝓpter hoc dicit Ariſt. mãꝫ magis cognoſci ꝑ analogiaꝫ ad formã ꝙ ecõuerſo.

pᵒ phi. T. c. 69

¶ Capitulum. xxj.

**Am** videdũ eſt de forma. circa quaꝫ ſciendũ eſt ꝙ ſꝫ forma multipr̃ capiat ſicut ⁊ materia ſm ꝙ inferiꝰ dicet. tñ ad pñs forma capit dupr̃. vnoº pro oi ente diſtincto a materia ⁊ cõpoſito. ⁊ ſic forma dr̃ de forma que eſt altera ps cõpoſiti. ⁊ de accñte ⁊ de itelligẽtia ſepata. Alioº capit preciſe forma pro altera pte ſubſtantie diſtincta ꝯ materiã. ⁊ ſic loquendũ eſt de forma in ꝓpoſito. Eſt aũt talis forma qdã res que ꝑ ſe nõ põt eſſe. ſꝫ ſemp eſt in cõpoſito adueniẽs materie ſuppoſite ſine q̃ eſſe nõ põt. q̃ aliqñ eſt in materia ſubſtẽtãte eã. ⁊ aliqñ nõ ſolũ nõ eſt in mã. ſꝫ ſimpr̃ deſinit eẽ ad modũ q̃ albedo deſinit eſſe i corpe. iſta aũt forma eſt ſimpr̃ ingñabilis ⁊ icorruptibilis. capiẽdo gñari ⁊ corrũpi. ſ. ꝓut ꝯueniũt ꝯpoſito ſolũ ſ. pro illo qᵭ gñat ex aliquo tanꝙ ex pte ⁊ corrũpit in aliq̃ tanꝙ in pte. tñ nõ eſt ingñabilis ⁊ incorruptibilis capiendo gñabile ⁊ corruptibile magis large ꝑ oi illo qᵭ põt eẽ de nouo ⁊ põt deſinere eſſe. Qᵭ aũt forma nõ ſit ſic igñabilis ⁊ icorruptibilis pꝫ ex hoc: qꝛ ſi eſſet ingñabilis ⁊ incorruptibilis. tũc ſicut qñ cõpoſitũ gñatur ꝑſupponit mã. ita ꝑſupponeret forma. ⁊ per ꝯñs totũ cõpoſitũ nõ gñaret. nec gñatio diſtingueret a cõgregatione. ſꝫ ſicut qñ domꝰ fit cõgregantur ptes domꝰ. ⁊ debito mõ ſituãdo ptes ordinant. hoc eſt domũ fieri. ita qñ cõpoſitũ gñaret mã ⁊ forma ꝑexiſtẽtes cõgregarent ſolũ. ⁊ hoc eſſet cõpoſitũ gñari. ⁊ ita gñatio nõ diſtingueret a cõgregatiõe. qᵭ eſt incõueniẽs. Silr̃ corruptio nãlis eſſet tñ ſegregatio ⁊ ſepatio vniꝰ ptis ab alia. Cum igit gñatio nãlis diſtinguat a cõgregatione. ⁊ corruptio naturalis a ſegregatione. opꝫ dicere ꝙ aliq̃ pars gñati eſt de nouo qñ cõpoſitum gñatur. ⁊ deſinit eſſe qñ cõpoſitũ corrumpit. ſed hoc nõ põt eſſe veruꝫ de materia. qꝛ illa eſt igenerabilis ⁊ incorruptibilis ſubſtãtia. ſicut probatũ eſt ſupra. ergo opꝫ ꝙ hoc ſit veruꝫ de forma ꝙ ipſa eſt ꝑmo qñ cõpoſituꝫ generat. ⁊ deſinit eſſe qñ compoſitũ corrũpit. Iſta aũt forma nõ eſt eiuſdem rõnis in oibus gñatis quõ materia ꝑma eſt eiuſdem rõnis in diuerſis gñatis. imo in omnibus. Si enim forma eſſet eiuſdẽ rõnis in oibus. ⁊ materia ꝑma eſt eiuſdẽ rõnis i oibꝰ. ſeq̄ret ꝙ oia gñata eẽnt eiuſdeꝫ rõnis. qᵭ nõ eſt veꝝ. Eſt aũt iſta forma extẽſa hñs pteꝫ diſtãtẽ a parte. ſicut mã hꝫ partẽ diſtantem a pte. qᵭ eodẽ mõ põt ꝓbari quõ ꝓbatũ eſt ſupra de materia.

De eſſe forme altero pnº rerꝫ naturaliũ.

¶ Capitulum. xxij.

**Nunc videnduꝫ** eſt quõ iſta ſunt ꝑncipia gñationis ⁊ gñati. ⁊ quõ ſimiliter ꝑncipiãt vnuꝫ ſine alio. Eſt aũt ſciendum ꝙ ſicut tactum eſt ſuperius gñari ⁊ corrũpi tripl̃r capiunt. Uno mõ ſtricte. ⁊ ſic gñari acceptum põt ſic deſcribi. illud gñatur ꝙ nũc ꝑmo eſt poſtꝙ nõ fuit. cuius pars ꝑceſſit aliam partẽ eiuſdem que ꝑus nõ fuit. Illud corrumpitur qᵭ non eſt poſtꝙ aliqua eius pars manet ꝑuta altera parte que tũc nõ eſt. ¶ Aliter capit generari ⁊ corrũpi. magis large pro oi illo qᵭ de nouo eſt. qᵭ ꝑus nõ fuit ſiue aliqua eius pars fuerit ſiue nulla. Et corrũpi dicit illud qᵭ nõ eſt poſtꝙ fuit ſiue aliqua eius pars maneat ſiue nulla. ¶ Aliter capit gñari ⁊ corrũpi largiſſime pro illo de cuiꝰ noie ſupponente pro ipſo verificat eſſe exiſtere. de quo ꝑus nõ verificabatur. ſiue nulla pars ſm ſe totã ſit. ſiue aliq̃. ⁊ corrũpi pro omni illo de cuiꝰ noie verificat nõ eſſe poſtꝙ eſſe verificabat de illo. ſiue quelibet eius pars ſm ſe totã maneat ſiue nõ. Unde generari ⁊ corrũpi ꝑmo modo nõ ꝯueniũt niſi cõpoſitis. quoꝝ vna pars ꝑus erat ⁊ alia nõ vel vna pars manet ⁊ alia nõ. Sed generari ⁊ corrũpi ſcđo modo accepta nõ cõueniunt tãtum compoſitis: ſed etiã formis tam ſubſtãtialibꝰ ꝙ accidẽtalibus: qꝛ iſte de nouo ſunt ſm ſe totas. ⁊ ſm ſe totas deſinũt eſſe. ⁊ ſic generari ⁊ corrũpi accepta cõueniunt compoſitis: qꝛ illa vere ſunt ⁊ deſinũt eẽ. Generari aũt ⁊ corrũpi tertio mõ accepta nõ ſolũ cõueniunt cõpoſitis ⁊ formis. ſed etiã cõueniunt artificialibꝰ ⁊ quibuſcũqꝫ de quorũ nominibꝰ ſupponẽtibus pro rebꝰ vere ꝑdicat eſſe de nouo vel ceſſat ꝑdicari quãtũcũqꝫ nulla pars taliũ de nouo incipiat eſſe nec deſinat eſſe ſm ſe totã. Dicit enim domꝰ fieri vel generari. nõ ꝙ aliq̃ eius pars ſm ſe totã ſit noua. ſꝫ ſolum qꝛ partes per motũ localẽ cõgregant debiteqꝫ ſituant. ita ꝙ nulla res de nouo aduenit. ſed vna iuxta aliã debite vel ſupra aliã collocat. Similr̃ ꝑ ſolã ſegregationẽ partiũ dr̃ domus corrumpi. Sciendũ eſt etiã ꝙ generari nõ ſolum inuenit ſilr̃ ⁊ corrumpi in cõpoſitis ex materia ⁊ forma ſubſtãtiali. ſꝫ etiaꝫ in aggregatione ex ſbõ ⁊ accñte inherente. ſicut qñ hõ fit albꝰ ibi eſt vnũ aggregatuꝫ ex hoie ⁊ albedine. qᵭ nec eſt homo nec albedo: qᵭ quidẽ cõpoſitũ ꝑus nõ erat ſm ſe totum. ⁊ aliq̃ pars eius. puta albedo. ſm nullã partẽ eius ꝑus erat. ſꝫ aliq̃ pars ꝑus fuerit. ſ. hõ. ꝑmaꝫ gñationẽ vocat Ariſto. ſimpliciter dictã. ſcđam ꝟo generationem vocat gñationem ſm qd.

Gñari dr̃ mltis modis

T. c. 62

¶ Capitulum. xxiij.

**Videndum** eſt quõ materia ⁊ forma ſubſtãtialis ſunt principia generatiõis ſimpliciter: ⁊ gñati ſimpr̃. ¶ Et eſt ſciendũ ꝙ materiã ⁊ formã eſſe ꝑncipia gñationis ⁊ gñati nõ eſt aliud ꝙ materiã ⁊ formã ſimul in eodẽ loco ⁊ ſitu exiſtere ita ꝙ materia ꝑſupponat forme in ea recepte. que forma ſicut de nouo recipit. ita ſm ſe totaꝫ ⁊ quãlibet eius partẽ fit de nouo. vñ ſi per impoſſe forma adueniens nõ informaret materiã ꝑexiſtentẽ illud cõpoſituꝫ nõ gñaret capiẽdo gñari ꝑmo mõ. ſed tñ gñaretur capiendo gñari tertio mõ. que gñatio nõ eſſet aliud ꝙ

Quõ mã ⁊ forma ſint pnª generatõis

congregatio

cōgregatio partiū p motū localē. Si autē q̄ras cām q̄uo materia pōt in se recipe formā. ꝛ facere vnū per se cū illa. Dicendū est ꝙ hmōi nō est alia cā: nisi qꝛ hic est act⁹ ꝛ illa potētia. i. ꝙ materia est q̄dā potētia nata recipe illā formā. ꝛ forma est q̄dā act⁹ nat⁹ recipi in illa materia. Et si dr̄ q̄re materia est potentia ꝛ forma act⁹. Dicēdū est. ꝙ hoc est qꝛ natura rei est talis nec potest alia cā assignari. nisi qꝛ mā est mā ꝛ forma forma. que tn̄ nō est ꝓpria cā. ꝛ ideo nō hꝫ ꝓprie cām. ¶ Et si dicat̄ ꝙ ex quo nō pōt assignari cā hui⁹ hoc nō est ponēdū: qꝛ nihil est ponendū sine necessitate ꝛ cā. ¶ Dicēduꝫ ē ꝙ multa sunt ponēda que nō hn̄t cās: ꝛ h⁹ ꝑp expientias vel rōnes. vn̄ p experientiā ꝛ rōnem sumptā a posteriori multa ponim⁹. quorū tamē causas nescimus: vel qꝛ nō habēt cāꝫ: vel qꝛ habēt sed eas ignoram⁹ sicut est in ꝓposito. qꝛ ꝓpter rōnes ꝛ experiētias debemus ponere materiā ꝛ formā concurrere ad ꝯstitutionē cōpositi. ita ꝙ de potentia materie educit̄ forma tanq̄ eius act⁹. q̄re ꝛc.

Capitulum. xxiiij.

c Onsequenter qꝛ bonuꝫ est. Et fuit opio Alberti. Dubitabit aliq̄s an aliq̄d ipsius forme p̄cedat in materia. q̄d poª activa vocat̄ ſm aliquos. vel inchoatio forme ſm alios. Videt̄ eni multis modernis ꝙ necio in mā p̄cedūt inchoationes formaꝝ. q̄ postea fiūt forme ꝑfecte ad q̄d mouent̄ rōne ꝛ auctate. ¶ Rōne tali: qꝛ si nihil ipsius for̄e p̄cederet in mā. cū ipsa mā nō sit aliq̄d ipsi⁹ forme: forma anteq̄ fieret in mā esset penit⁹ nihil. ꝛ p ꝯn̄s forma crearet̄ de nihilo. ¶ Itē si nihil forme p̄cederet in mā cū for̄a fiat in mā ab agente. forma esset totaliter ab extrinseco. ꝛ ita agentia eēnt datores formarum: qꝛ totalr̄ forma esset ab extrinseco. ¶ Itē si nihil forme p̄cederet in mā. forma nō eēt i potētia nāli materie: ꝛ per ꝯn̄s ex eis non fieret vere vnū. Hoc etiā ꝯfirmāt auctate Com. dicētis ꝙ agēs nō largit̄ multitudinē sed ꝑfectionē. ¶ Sꝫ ista opinio est ꝯ mentē Aristo. qꝛ si in mā p̄cederet aliquid forme siue poª activa siue inchoatio forme: q̄rēduꝫ est de illo: aut est mā aut aliud a materia. Si est materia ergo sicut mā nō est aliquid ipsius forme tanq̄ ps sed tanq̄ ſbm. ita nec illud p̄cedēs est aliq̄d ipsi⁹ forme nisi sit ſbm. Si aūt est aliud a mā ꝛ nō est accidēs. ergo ē for̄a substātialis: ergo for̄a substātialis p̄cedit formā substātialē in eodē simul. ¶ Item aut tota p̄cedit in mā. aut ps eius. si tota. ergo nulla est ibi gn̄atio: qꝛ tota eēntia cōpositi: puta tā mā q̄ forma p̄cedit: si nō tota. ergo aliq̄ pars nō p̄cedit. De ista pte arguo. ista pars est de nouo. ita ꝙ nihil eius p̄cessit: ergo ista pars creat̄ si rō eoꝝ sit bona. Similiter nō est maior ratio ꝙ vna ps p̄cedat in mā q̄ alia ex quo sunt eiusdē rōnis: ergo vel nulla pars forme p̄cedit in mā: vel q̄libet pars forme p̄cedit in mā. sꝫ nō q̄libet: ergo nulla. ¶ Preterea si aliq̄ ps forme p̄cederet in mā. ꝛ postea alia adueniret: for̄a substātialis vere susciperet magis ꝛ min⁹ sic. albedo suscipit magis ꝛ min⁹: qꝛ corpi hn̄ti albedinē postea aduenit alius gradus albedinis faciēs vnū cum p̄existēte: sed forma substātialis non suscipit nec magis nec minus: ergo nulla pars eius p̄cedit. Si dicat̄ ꝙ non p̄cedit pars forme in materia: sꝫ ipsa tota forma p̄ecedit ſm esse imꝑfectū ꝛ potētiale. ꝛ per agēs inducit̄ ad esse actuale ꝛ ꝑfectuꝫ. ¶ Contra hoc nō sufficit: qꝛ illud q̄d est tm̄ in aliquo ſm esse potētiale non est ibi realiter. esse enim potētialiter in aliquo: nō est nisi posse esse p̄cise in re. sicut sor. ſm esse potētiale est in foro: qꝛ pōt esse in foro. Si ergo forma ſm esse potētiale precedit in materia ſm rei veritatē nō est in materia ante generationem: sed pōt esse in materia: ꝛ hoc est intentū p̄ncipale. ¶ Dico ergo ꝙ forma ꝑp esse potētiale in materia nō plus est in mā q̄ sor. qui est rome est parisi⁹: qꝛ pōt esse parisius ꝛ q̄ albedo est in nigro. ꝛ frigus in calido: ita ꝙ sicut ille qui est rome in rei veritate nō est parisi⁹ lꝫ possit eē. ita i mā q̄ est actu sub for̄a aeris nō est for̄a ignis lꝫ in ea possit esse for̄a ignis. ¶ Rn̄dere aūt rōnib⁹ nō est difficile. vn̄ p̄cedit̄ ꝙ for̄a anteq̄ fit est nihil: distinguēdo nihil ꝯ ens verū. nō tn̄ est nihil: vocādo illud q̄d per agēs non pōt esse: ꝛ cū dr̄ ꝙ forma tunc crearet̄: dico ꝙ lꝫ vno mō capiēdo creari posset ꝯcedi: tn̄ accipiēdo creari ſm ꝙ Aristo. vocat creationē non sequit̄. Nam duo requirunt̄ ad hoc ꝙ aliq̄d creet̄. s. ꝙ primo sit purū nihil: ita ꝙ nulla eius pars sit p̄cedens. ¶ Aliud requirit̄ ꝙ sit ab agēte nō ꝑsupponēte ad actionē suaꝫ aliq̄d tanq̄ ſbm nec tāq̄ patrē eius. ita ꝙ illi quod debet creari nihil presupponat̄. lꝫ auteꝫ forme nihil ꝑsupponat̄ tanq̄ pars forme q̄uo materia ꝑsupponit̄ toti cōposito. tn̄ aliq̄d ꝑsupponit̄ forme tanq̄ ſbm. ꝛ iō forma nō creat̄. ¶ Ad scd̄m dicendū: ꝙ for̄e non sunt totalr̄ ab extrinseco: qꝛ necio ꝑsupponūt mām in q̄ recipiunt̄ ꝓpter hoc idē agētia nō sunt datores formarū. Ille eni est dator foꝛaꝝ qui formā p̄existētē iprimit alicui: vel ꝓducit formā in aliq̄ sine quo posset ꝓducere eā: quoꝝ vtrūq̄ ē impossibile agēti nāli: qꝛ nec pōt formā p̄existētē imprimere alicui vꝫ materie: nec pōt eā ꝓducere sine mā. ¶ Ad 3m dicendum. ꝙ forma nō dr̄ in potētia nāli esse materie: qꝛ aliq̄d forme p̄cedit in materia: sed qꝛ pōt esse in materia: qꝛ hoc cōpetit ipsi materie. s. posse habere formā ex natura rei sine oī inclinatione ad ꝯtriuꝫ. ¶ Et si dicat̄ ꝙ aliter est forma substātialis in poª materie: ꝛ aliter accn̄s in poª subiecti: sed accn̄s est in potētia subiecti: qꝛ pōt esse in subiecto: ergo alr̄ est forma substātialis in mā. ¶ Silr̄ forma substātialis est in poª naturali materie: sꝫ ad hoc ꝙ aliq̄d sit in poª naturali alicui⁹ nō sufficit ꝙ possit esse in illo. nā tunc graue esset in poª naturali ad sursuꝫ moueri: qꝛ pōt moueri sursuꝫ ꝛ caliditas esset in poª naturali aq̄ qꝛ pōt esse in aqua q̄d est falsum. non ergo sufficit ad hoc ꝙ aliq̄d sit in potētia naturali alicui⁹ ꝙ possit eē in illo. ergo plus req̄rit̄ gº nō dꝫ poni nisi ꝙ aliq̄ inchoatio forme p̄cedat. ¶ Dicēdū est ad pm istoꝝ ꝙ sicut for̄a subālis ē in poª materie. ita accn̄s est in potētia subiecti. ꝛ iō sicut for̄a substātialis educit̄ de potētia materie. ita accn̄s educit̄ de poª subiecti. i. sicut

Nō de inchoata forma

2º metha. cōmēto

Improbant inchoationes formarum

Creatio duo dic

forma ſbalis fit in mā que erat pri⁹ q̄dā potētia reſpectu forme: ita accidēs fit in ſbo qd prius erat potentia reſpectu accidētis illius. ¶ Ad ſcōm dicendū: ꝙ tūc aliqd dr eſſe in potētia nāli alicui⁹ qn̄ illud ex nā ſua pōt ſuſcipe illud. ꝛ nā ſua nō inclinat ad oppoſitum illius vel ꝯtum vel non inclinat ꝯ illud q̄ntumcunq̧ nihil ipſius ſit pcedens in eo. ita eſt de mā q pōt hēe formā. ꝛ nā māe in nullo inclinat ꝯ illā formam. ſic aūt nō eſt caliditas in potētia nāli aque. q q̄ntūcunq̧ aqua poſſit recipe caliditatē: tn̄ ex nā ſua inclinat ꝯ caliditatē in tm̄ ꝙ niſi impediat ab agente extrinſeco deſerit caliditatē ꝛ acqrit frigiditatem ſic etiā graue inclinat ꝯ motū ſurſuʒ. iō nō eſt ſimile de potētia māe reſpectu forme ſbalis ꝛ d aqua reſpectu caliditatis ꝛ grauis reſpectu motus ſurſum. ¶ Ad Com. dicēdū ꝙ ipſe intelligit ꝙ agēs nō largit multitudinē alicuius vel aliquoꝝ pexiſtentiū quaſi imprimet aliqd preexiſtēs māe ſed largit pfectionē aliqd imprimēdo in mā ad quod materia fuit i potētia: vn̄ facit eſſe quod prius nō erat non tn̄ educit aliqd preexiſtens ad mām ipſam. ꝛ hec eſt intētio ſua. q̄re ꝛc.

## ¶ Capitulū. xxv.

An ſit ponēda forma totius

Videndū eſt iā an mā ꝛ forma ſint ſufficienter pn̄ generati. hoc eſt an aliqd aliud reqrat. ſ. forma totius: ſicut aliq ponunt dicētes ꝙ cōpoſitū non tm̄ dicit mām ꝛ formam: ſed etiā dicit formā q dr forma totius. ad qd ponendū mouent eos auctes

T. c. 60

Ari. ſeptimo methaphy. vbi vult ꝙ preter partes eſt aliqd aliud in toto qd nō eſt partes. q partes manēt non manēte toto. Diſſolutis. n. b. ꝛ. a. manet. b. ꝛ.

Burlei placituʒ ipugnat

manet. a. ꝛ tn̄ nō manet hec ſyllaba. ba. ergo. ba. eſt aliqd preter. b. ꝛ. a. ¶ Cōtra iſtā opi. que eſt ꝯ mentem Ariſto. ar. q ſm eum totū nō eſt aliud a ptibus ſil ſumptis. i. iunctis ꝛ vnitis. q ſi ſit ibi aliq̄ res vel forma vel entitas pter partes iſtas. vel iſta entitas eſt ſimplex vel cōpoſita. nō ſimplex. q tunc mā vel forma. ꝛ ita eſſent ibi due forme ſbales partiales ſm ſe totas diſtincte. ꝛ p ꝯns non plus eēt vna illaꝝ formarum forma q̄ alia. Silr ſi ſint ibi due forme aut faciunt p ſe vnū cū mā aut nō. ſi ſic. aut reqritur alia entitas preter illā tertiā aut nulla. ſi alia. quero de illa ſicut prius. ꝛ ſic eſt pceſſus in infinitū. ſi nulla. ergo ille tres partes faciūt p ſe vnū ſine quarta entitate. ꝛ eadem rōne due poterūt facere p ſe vnū ſine alia tertia entitate. Si aūt non faciūt p ſe vnū ergo fruſtra ponitur pter vnitateʒ cōpoſiti. ſi aūt iſta tertia entitas ſit cōpoſita: ꝛ manifeſtū eſt ꝙ nō eſt cōpoſita niſi ex mā ꝛ forma. ergo preter mām ꝛ formā nihil eſt niſi compoſitū quoddā. quod nō eſt aliud a partibus ſil iunctis. ¶ Dicendū eſt ergo: ꝙ preter partes que ſūt mā ꝛ forma nō eſt alia tertia entitas diſtincta ab illis: ſed eſt aliqua cōpoſitio que nec ē vna pars nec alia: ita ꝙ illud compoſitū nec eſt materia nec forma. ſed ſil ꝛ cōiunctim mā ꝛ forma vnite. ꝛ hec eſt intentio Ari. de hac ſyllaba. ba. ꝙ ipa nec eſt. b. nec. a. ex quo tā. b. q̄. a. pōt manere ſine. ba. Et de cōpoſitis que ſūt p ſe vnū verum eſt ſimplr: ꝙ qōlibet coꝝ eſt ſue partes ſil ꝛ cōiunctim. ita ꝙ illud totū nō eſt niſi ſue partes ſil exiſtentes. Sʒ de artificialib⁹ eſt aliud: q vna pars pōt eſſe in reꝝ nā diſtincta ab alia. ita ꝙ partes pn̄t ſimul eſſe in reꝝ nā: lʒ non ſint vnite. iō illud totum non ſp ꝛ necio eſt ſue partes exiſtentes. ſed tunc eſt ſolū ille partes exn̄tes qn̄ partes ſūt debito mō vnite ꝛ localiter ſituate ꝛ ꝯuenienter. qn̄ aūt ſunt ſeparate vel incōuenienter ordinate ſʒ locū. tūc domus nō eſt ille partes. ꝛ hoc eſt poſſibile ꝙ ille ptes pmanentes ſint qn̄q̧ debite ordinate ꝛ ſituate. ꝛ qn̄q̧ a ſe diuiſe. ꝛ iō hec eſt vera. qn̄q̧ domus eſt ſue ptes ꝛ qn̄q̧ falſa. tn̄ qn̄cūq̧ ſunt ille partes debito mō ordinate ſm locū. tunc domus eſt ſue ptes. ¶ Et ſi dicat domus deſtruit. ergo aliqua entitas ibi depdit. ¶ Silr mā ꝛ forma ſunt cāe ſiue ptes ꝛ nō ſui ipſi⁹. ergo alicuius alteri⁹. Illud autē ponit tertia entitas. Silr ſi forma eſſet ſil localiter cum mā ꝛ nō informaret eā: nō reſultaret ex eis cōpoſitū. ergo ad cōpoſitū nō ſufficit mā ꝛ forma ſimul localiter: ergo aliqd aliud reqritur qd voccatur forma totius. ¶ Dicendū eſt ad primū iſtoꝝ ꝙ domū deſtrui nō eſt aliquā rem ſm ſe totaʒ deſinere eſſe. ſed tm̄ partes ſeparari localr ſm quā ſeparationē localeʒ hec eſt falſa. hec domus eſt: que pus erat vera. ꝛ ita deſtrui qd ptur de domo accipit ſicut corrumpi tertio mō. ꝛ nō ſicut corrūpi primo mō. ¶ Ad ſcōm dicendū. ꝙ mā ꝛ forma nō ſūt alicuius cāe niſi q ſunt partes. ꝛ iō ſicut nō ſūt partes ſuiipſius. ita nō ſunt cāe ſuiipſius. ſed ſūt partes ꝛ cē totius compoſiti. qd non eſt niſi mā ꝛ forma qn̄ ſunt vnite ſil. nec q̄ntum ad hoc eſt difficultas maior de mā ꝛ forma reſpectu cōpoſiti: q̄ de plurib⁹ hoib⁹ reſpectu vnius populi. eo ꝙ ſi vnus de populo pcat non dicimus pp hoc ꝙ tot⁹ populus pcat. ſed aliqua pars populi. tn̄ nihil eſt pars ſui ipſius. ita mā ꝛ forma ſūt partes cōpoſiti qd eſt ille partes. ſicut plures hoies ſūt populus. ꝛ ita idē eſt dicere mām ꝛ formā eſſe partes compoſiti quaꝝ vna format aliaʒ. ꝛ ipſas eſſe cās eiuſdem cōpoſiti. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ ſʒ principia Ariſt. impoſſibile ē ꝙ hec mā ꝛ hec forma que ſunt vnū cōpoſitū vel q̄ ſunt partes cōpoſiti ſint exn̄tes in reꝝ nā niſi ſint ſimul localiter. ſi tn̄ p impoſſibile eſſent ſeparate localiter nō eſſent vnum compoſitum: imo nullum cōpoſitum tunc eēt mā ꝛ forma. ¶ Dicendū eſt etiā ꝙ ſm Ari. vel eius intentionē ꝯdictionē includit mām ꝛ formā eſſe ſimul localiter. ꝛ mām nō informari forma. Eodem mō dicendum eſt ſm eū. ꝙ impoſſibile eſt accn̄s eſſe ſil localiter cū ſubiecto ꝛ non informare ſbm. pter qd ſi idē accn̄s numero eſſet ſil cū duobus ſubiectis diuerſis ſil informaret vtrūq̧ ꝛ eſſent duo compoſita. quoꝝ vnū cōponeretur ex vno ſubiecto ꝛ illo accidēte. ꝛ aliud ex alio ſubiecto ꝛ eodē accidente. Eodē modo pportionabiliter dicendū eſt de mā. ſi eadem forma eſſet ſil cum duab⁹ diuerſis materijs. ſic ergo pʒ ꝙ compoſitum nō eſt niſi oēs partes ſue. ſed nō ſem p. ſed tunc ſolum qn̄ ſunt debito mō ordinate ꝛ vnite. q ad diuerſa cōpoſita reqritur diuerſa vnio partium. qn̄q̧ eniʒ reqrit ꝙ partes ſint ſimul localiter. qn̄q̧ ꝙ ſint

indiſtātes: ita ꝙ nihil ſit mediū. qñq; pōt eē aliquod mediū. ſed reqꝛitur cert⁹ ordo ſicut plures homines faciunt vnū populuꝫ. Capi. xxvj.

An forme artificialiuꝫ diſtiguātur a rebus nālibus?

q Ula in p̄cedenti capi. domuꝫ deſtrui per ſolum motuꝫ localem partiū adinuicem dictū eſt ꝛ multis videt̄ ꝯtrium qui dicunt ꝙ forma artificialiuꝫ eſt forma accidentalis diſtincta a mā ꝛ ſibi per artem adueniēs quēadmodū caloꝛ naturalis aduenit igni a quo tñ diſtinguit realiter. ¶ Ideo ad maioꝛē noticiam artificialiuꝫ ꝛ gñationis eoꝝ hic nūc breuiter eſt dicenduꝫ an forma rei artificialis ſit ſꝫ ſe totalr̄ diſticta a qualꝫ re naturali. ¶ Ad qđ dōm eſt ꝙ ſm viā Ariſtotelis quādo artificialia fiunt: nulla res de nouo ſm ſe totam gñatur. vel nō eſt neceſſariū ꝙ gñetur: ſp̄ res de nouo exñs ſm qualꝫ ptē eius: lꝫ qñq; artifice agente mediātibus cauſis naturalib⁹ noue forme accidentales ꝛ qñq; ſb̄iales de nouo p̄ducantur. ſicut pꝫ in agricultura ꝛ alijs artificialib⁹. Qđ aūt nō ſp̄ p̄ducātur noue res ſm ſe diſtincte: ſm oēs ptes ſuas in gñatione artificialiū: perſuadebo ſic. Si ſit ibi aliqua forma noua: ſm qualꝫ ptem eius. aut eſt tota iſta forma in toto artificiato ꝛ qualꝫ pte eius. aut eſt tota in toto ꝛ pars in parte. aut eſt tm̄ in pte artificiati. p̄mū non poteſt dari qꝛ nullū accidēs: ſaltiꝫ aliud ab accidente aie rōnalis eſt idiuiſibile exiſtēs totū in toto ꝛ totū in qualibet parte. nec poteſt dari ſcōm: qꝛ ſi dom⁹ ꝯſtruat̄ ex lignis ꝛ ex lapidibus nulla res de nouo aduenit ligno vel lapidi. qꝛ ſi ſic. quero de illa re cauſata in ligno: vel lapide. aut eſt ſb̄ia aut accidēs. nō ſb̄ia manifeſtū eſt. nec accñs. qꝛ nec eſt quātitas ſm ponētes quātitatē eē aliā rem a ſb̄ia nec eſt q̄litas ſicut pꝫ inductiue. nec pōt dici ꝙ ſit aliqs reſpect⁹. qꝛ talis reſpect⁹ nō eſt ponēdus in re extra: ſicut alibi oñdet̄. ꝛ eſt oñſum: ſm opi. Ariſt. Silr̄ querat̄ a quo cauſat̄ illa res. nō ab artifice. qꝛ artifex nihil agit niſi qꝛ mouet localr̄. ſed mouēs localr̄ nō cauſat nouā rem: ſꝫ facit tm̄ rem eſſe in loco in quo nō erat p̄us. nec pōt cauſari ab alio. ſicut pꝫ inductiue. ergo nulla res noua ſm ſe totā diſtincta acqrit̄ ibi vel cauſat̄. ¶ Confirmat̄. qꝛ p motū localē tm̄ non eſt neceſſe acqri niſi nouus locus. ſꝫ ad ꝯſtitutionē multoꝝ artificialium ſufficit ſolum mouere localr̄ res nāles. ergo non eſt neceſſe ꝙ ibi aliqua noua res ſm ſe totā diſtincta generet̄. ¶ Cōtra iſtā opionē pōt mltiplr̄ argui. ¶ p̄⁹ qꝛ artificialia diſtinguunt̄ a reb⁹ nālibus: ſed ſi nulla res: res noua eſſet: quelibet res eēt nālis. ꝛ ita nulla diſtinctio eēt inter nālia ꝛ artificialia. ¶ Scđo qꝛ artificialia cōponunt̄ ex materia que nō eſt vna. ꝛ forma ſm phꝫ. ſed res nālis non cōponit̄ ex iſtis. g⁹ nō ſunt idē. ¶ Tertio hec nō eſt vera ſm Ariſt. ſtatua ē es. ſed hec eſt vera. ſtatua eſt erea. ſi tm̄ ſtatua nō diceret aliā reꝫ ab ere. hec eſſet vera. ſtatua eſt es. ¶ Ad p̄ᵐ iſtoꝝ eſt dōm ꝙ nulla res artificialis p ſe vna diſtinguit̄ a re nāli. ¶ Ad cui⁹ euidētiā eſt ſciendū: ꝙ rerū artificialiū quedā eſt vna per ſe: ſicut qñ fit per ſolā ablationē partiū a toto: vt ex lapide fit mercuri⁹ vel ſola trāſfiguratiōe. ſicut qñ es fit ſtatua. Quedā aūt ſunt artificialia compoſita ſicut domus ꝛ hmōi. ¶ De p̄mis dico: ꝙ quelibet res artificialis eſt realr̄ ꝛ vere nālis. Scđa aūt nō eſt res nālis ſꝫ eſt res naturales. ſicut domus nō eſt aliqua res nālis ſꝫ eſt multe res nāles. ſtatua aūt eſt res nālis vere. balneū etiā eſt res nālis vere. nec intēdit hoc phs negare. ſed p talē p̄pōnē: res artificialis nō eſt res nālis. intēdit dicere ꝙ talis res nō eſt nālis talis q̄lis fit p artē. v. g. Si dicatur ſtatua nō eſt res naturalis. p iſtā p̄pōnē intelligit iſtam. nulla res nālis eſt nāliter ſtatua qꝛ nulla res fit per nām ſtatua. ſed tm̄ fit per artē ſtatua. Similiter aqua nō eſt naturalr̄ balneū. ſed aqua per artem fit balneū. ꝛ tm̄ hoc nō obſtante: nulla res eſt balneuꝫ: vel in balneo niſi res nālis. in nullo eni differt iſta aqua ab alia aqua niſi qꝛ hec hꝫ calorē vel miſcet̄ cuꝫ herbis vel qꝛ eſt in aliq̄ loco determinato que ois nullā aliā reꝫ dicūt in illa aqua a re nāli. vnde ſi ponat̄ aqua in aliquo loco ꝛ p nām poſtea fieret calida totū eſſet naturale ꝛ eſſet balneū ꝛ tm̄ in nullo diſtingueret̄ ab aqua que per artē fit balneū. ſicut quedam dnr̄ balnea naturalia ꝛ quedā artificialia. lꝫ forte aliquo mō diuerſificent̄. tm̄ ſi in nullo diuerſificarent̄ niſi quantum ad agens extrinſecum: puta ꝙ vnum ſit balneū a nā. ꝛ aliud nō ſit balneū niſi ab arte: ꝛ voluntate ꝯcurrente: vnuꝫ diceret̄ balneū naturale ꝛ aliud artificiale. i. vna aq̄ fit balneuꝫ nālr̄ ꝛ aqua p artem fit balneū: vel per accidēs. Et ſic dicendū eſt ꝙ p iſtā p̄pōnē: artificialia diſtingunt̄ a naturalib⁹. debet intelligi iſta: iſta nō ſunt talia per artem qualia per naturaꝫ vel a natura: ꝛ iſta ſunt talia artificialiter qualia nō ſunt naturalr̄. Et ſi dicat̄ ꝙ Ari. in ſcđo phy. dicit ꝙ artificialia nō hñt in ſe principiū motus ꝛ quietis: naturalia aūt hñt in ſe p̄ⁿᵐ motus ꝛ qetis. g⁹ ꝛc̄. t.p.2.

¶ Dōm eſt ꝙ ſcđm Ari. artificialia hñt in ſe p̄ncipium motus ſed nō per artē. qꝛ p artē nihil acquirit̄ de nouo: qđ ſit principiū motus nālia āt habēt in ſe p̄ncipiū ꝛ nō niſi a natura. ¶ Ad ſcđm dōm ꝙ Ariſt. capit large cōpoſituꝫ pro oi eo qđ eſt aliqd p̄ſuppoſitum trāſmutationi: qđ p trāſmutationē fit tale q̄le prius nō fuit ſiue ibi cōcurrāt diuerſe res realiter diſtincte ſiue nō. ꝛ hoc eſt qđ voluit Ariſt. dum dixit p̄⁹ phy. ꝙ quedā gñant̄ trāſmutatione. quedam vo appoſitiōe. alia vo ſubtractione. vbi non opꝫ aliqd addi: ſed tm̄ ſubtrahi. ꝛ ex hoc ipſo ꝙ ſubtrahūtur partes debito mō dr̄ eſſe tale quale nō fuit p̄us: non p̄pter rem additā ſed ſubtractam. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ Ariſt. non intēdit ſimplr̄ iſtam negare. es eſt ſtatua ſed intēdit dicere ꝙ hec eſt per accidēs. es eſt ſtatua: ꝛ ꝙ es nō eſt naturalr̄ ſtatua: ſed tm̄ per artem. Et ſi dicas. iſta naturalia trāſmutant̄ ad formas artificiales: ſed tranſmutatio non eſt ſine omni acquiſitione vel deperditione. quia omnis motus eſt ad aliquē terminuꝫ ſubiectiue vel ſucceſſiue inherenteꝫ trāſmutato. Dico ꝙ non eſt neceſſariuꝫ: ſed ſufficit frequenter vt localiter moueant̄ ad locum continentē ꝛ locantem tranſmutatū. ideo non eſt neceſſe ꝙ quādo res naturales fiunt res artificiales: ꝙ aliqua res artificialis de nouo acquirat̄. ſed ſufficit frequēter ꝙ lo-

Impugnat̄ p̄pa ſnia

Solo.

caliter moueantur. Sic ergo dicendū eſt: ꝙ aliqua res artificialis eſt vere res naturalis ⁊ aliqua res artificialis eſt res naturalis: ⁊ non eſt res naturalis. ſicut domus lectulus ⁊ huiuſmodi.

¶ Explicit prima pars Summularū in lib. Phyſicorū Venerabilis inceptoris Fratris Guilielmi de villa Hoccā anglie: Ordis Minoꝝ ſacre theoˢ magiſtri. inuictiſſimoꝝqꝫ noialiū academie pncipis.

¶ Incipit 2ª ps Sūmulaꝝ in li. phyſicoꝝ. Ca. pᵐ

De cā mā diſputatꝛ.

Quoniam generatio naturalis: ⁊ ſimiliter generatum: non tm̄ requirunt materiā ⁊ formā tanꝙ̄ partes: ſed etiam requirunt cauſas eſſentiales ex quibus dependēt ⁊ ſine quibus eſſe non poſſunt: ſaltem quādo primo ſunt. Et ideo poſt predicta iam reſtat determinare de cauſis rerum naturaliū. Aſſignat aūt Ariſto. quattuor gñā cāruꝫ. ſ. mālē: formalē: efficientē: ⁊ finalē: q̄ruꝫ ſufficiētia pōt ſic accipi. ois cā rei vel eſt itrinſeca vel extriſeca. ſi itrinſeca. ſic eſt mā vel forma. qꝛ pl'a nō ſunt de eē rei itrinſeca. ſi extriſeca: vl' eſt illud qđ facit formā in mā. ⁊ ſic eſt cā efficiens: vel eſt illud ꝑꝑ qđ agēs facit formā in mā vl' trāſmutat eā: ⁊ ſic eſt cā finalꝛ. Cā gº mālis eſt illa res q̄ trāſmutatꝛ p agēs. ⁊ iō ſicꝛ aliqđ trāſmutatꝛ dupl'r: ſic cā mālis capitꝛ dupl'r. Aliq̄n eni aliqđ trāſmutatꝛ ad verā rē ſibi inherētē ⁊ iformātē: ſicut mā trāſmutatꝛ ad formā ſbalem: ⁊ aq̄ ad calorē. Aliq̄n aliqđ trāſmutatꝛ ad rē. ſ. ptinentē ſolū abſqꝫ hoc ꝙ aliq̄ res ſibi de nouo adueniat: ſicꝛ eſt de motu locali. ſic cā mālis pōt dupl'r capi. vnoº ꝑprie. ⁊ tūc aliq̄ res alia re iformatꝛ. ⁊ ſic mā iuenitꝛ i gñatiōe ſbie tā reſpectu forme ſbalis: ꝙ̄ reſpectu forme accn̄talis. Alioº accipitꝛ magis large ⁊ iproprie ꝑ trāſmutabili trāſmutatiōe qua fit tale q̄le nō fuit an̄. vel icipit eē in loco i quo antea nō fuit. ⁊ ad hoc ſufficit mutatio localis totiꝰ. vel aliq̄rū partiū. ⁊ ſic dicꝛ phs ꝙ es eſt mā ſtatue. ⁊ argētū phiale. nō itelligēs aliud niſi ꝙ̄ es p ſuā mutationē localē fit ſtatua ⁊ argētū p ſuā trāſmutationē localē fit phiala. lꝫ nō q̄lꝫ trāſmutatio localis argēti vel ptis argēti ad hoc ſufficiat. ſꝫ determinata. Sꝫ dices. nulla eſt mā ſuiipſiꝰ. ſꝫ ꝑm pdicta es eſt ſtatua. ⁊ argētū eſt phiala. ergo nec es eſt mā ſtatue. nec argētuꝫ mā phiale. ¶ Dōm ꝙ hmōi ꝑpōnes ꝑm ꝑprietatē ſermonis non ſunt abſolute ꝓcedēde. ſed ſunt ſb̄ ſenſu quē doctores intēdūt exponēde. vt ſit ſenſus. argentuꝫ eſt materia fiale. i. argentū per ſuā traſmutationē determinatā fit fiala. ⁊ ideo in tali mō arguēdi argentum eſt materia fiale. argentuꝫ eſt fiala. gº fiala eſt materia fiale. eſt fallacia amphibologie. Si eni maior ſumatꝛ ꝑprie: ⁊ de vtute ſermonis eſt falſa: ⁊ argᵐ eſt bonū ſed ſic nō intelligūt eā doctores. Si aūt ſumitꝛ iproprie ⁊ ſub certo intellectu auctorum. tunc eſt vera: ⁊ argumentū non valet. ſicut nec argumentum in quo pro maiore ponitur ſenſus maioris.

2º phy. t. c. 28.

Cārum ſufficiē nūs.

Oportet autem ſcire ꝙ preter dictos duos modos capiendi materiā: quibus vt plurimū vtitꝛ philoſophus hoc nomie: materia ſunt aliȷ̄ modi accipiēdi hº nomē materia quibus alie ſcie aliquando vtuntur. vnde logicus quādoqꝫ accipit materiam non pro trāſmutabili: ſed pro obiecto vel ſbiecto ſcientie. quod tamen ſubiectū vel obiectum non oportet eſſe tranſmutabile. ⁊ ſic multi dicunt: ꝙ tale vel tale eſt ſubiectuꝫ talis vel talis ſcientie. Similiter morales dicunt paſſionē: ⁊ operationem eſſe materiam virtutis. ⁊ hoc. qꝛ virtus habet moderare ⁊ extinguere tales paſſiones vel operatiōes. Sꝫ de iſtis modis ⁊ cōſimilibus: ſi qui aliȷ̄ fuerint: non pertinet ad philoſophum naturalem: niſi qn̄ forte vtitur terminis aliarum ſcientiarum. Sciendū eſt etiam: ꝙ quādoqꝫ iſti termini dn̄t in ſignificando. ſ. materia ⁊ cā materialis. quia aliquid dicitur materia alicuius: cuius tamen nō eſt pars nec ipſuꝫ. ſicut materia dicitur materia forme ſubſtātialis. ⁊ ſbm pōt dici materia accidentis ⁊ tamen materia nō eſt ps forme. nec eſt ipſa forma. nec ſbm eſt pars accidentis. nec ipſum accn̄s ſed ꝑm modū loquēdi philoſophorū nihil dicitꝛ cauſa materialis alicuius: niſi ſit pars illiꝰ: quomō materia eſt pars ſubſtātie compoſite: ⁊ ideo dicitur cauſa materialis compoſiti: ⁊ non dicitur cauſa materialis forme: niſi ſit ipſum. ⁊ tūc improprie dicitꝛ cā materialis ipſius: ſicut dicitꝛ ꝙ es eſt cā materialis ſtatue: improprie loquendo ⁊ per quādaꝫ ſimilitudinē ad cāꝫ materialem ꝑprie dictā. ſicut eniꝫ materia trāſmutatꝛ ad formā poſtꝙ̄ trāſmutationeꝫ vere cōtingit dicere tale compoſitū eſt. qđ prius nō fuit. ita poſt tranſmutationē determinatā eris: vel alterius rei: idem contingit dicere. ꝙ ſtatua eſt ⁊ prius nō fuit verꝫ. ideo tranſſumptiue dicitur ꝙ es eſt cauſa materialis ſtatue. Cōſimiliter dicendum eſt de conſimilibus artificialibus

Dn̄t mā ⁊ cā mālis.

Capitulū ſcōm.

Cauſa aūt formalis. ſ. forma. ſicut ⁊ hoc nomē: materia: dupl'r capitur. vno mō ꝑprie: ⁊ ſtricte pro re diſtincta informante materiā: cū qua facit vnum ꝑ ſe: ſicut in gñatione ſbie. in qua cōpoſituꝫ cōponitur ex materia ⁊ forma. ſiue per accidens. ſicut in cōpoſito ex ſbto: ⁊ accidente. qn̄ enim homo fit albus. ex hoie ⁊ albedine fit vnū per accidēs. qđ nō eſt nec hō nec albedo ſed eſt ſimul homo ⁊ albedo cui nō habemus nomen diſtinctū impoſitū: lꝫ aliqui qn̄qꝫ vocēt ipſum cōpoſitū hoc totū aggregatū. ſ. homo albus ſed improprie. Aliter capitꝛ hoc nomē cauſa formalis: ⁊ hoc nomē forma: magis improprie pro aliquo qđ poſt trāſmutationē eſt tale: q̄le an̄ nō fuerat. ⁊ ſic dicit Ari. ꝙ figura eſt forma ſtatue. qꝛ ſicut forma inherens mā̄e nō eſt niſi poſt tranſmutationeꝫ materie ſic nō eſt veruꝫ dicere ꝙ talis figura eſt: niſi poſt trāſmutationem eris: vel alicuꝰ alterius quod fit ſtatua. ⁊ ita dicitur ſimilitudinarie ꝙ figura eſt cauſa formalis ſtatue: vel ꝙ eſt forma eris: cum tn̄ nō ſit aliq̄ res alia ab ere vel aliq̄ alia re q̄ ſit ſtatua. Et ita iſtis duobꝰ modis capiēdo hoc nomen. forma. ⁊ hoc nomen

De cā formali.

cauſa

cauſa formalis vtitur phus nãlis. ꝗ̄uis nõnunꝗ̄ ab alijs aliter accipiant̃. de q̄bus nõ eſt mõ dicendũ. ſed patere põt aliqualr̃ ꝑ dicta in ca. ꝑcedenti: qꝛ mã dr̃ reſpectu forme: ⁊ forma reſpectu materie. Sicut aũt differunt iſti teri mã: ⁊ cã materialis: ita differunt iſti teri. forma: ⁊ cã formalis. Nam forma ſbalis dr̃ forma materie ſed nõ dr̃ cauſa formalis materie. ſed eſt cã formalis totius cõpoſiti: ex mã ⁊ forma. ⁊ non eſt ipſum cõpoſitũ ſed pars eius. ¶ Silr̃ ſimilitudinarie dr̃ ꝙ figura eſt forma eris ⁊ cauſa formalis ſtatue ⁊ hoc qꝛ illa res ante tranſmutationẽ eſt es: ſed nõ eſt ſtatua: ante tranſmutationem. quare ⁊ cetera.

Capitulum tertium.

De efficiẽte ſermo

T.c.28 2.phy.

Cauſe effitiẽtis multiplex diuiſio

p Oſt capitula de cauſis intrinſecis dõz eſt de cauſis extrinſecis: ⁊ primo de cã efficiente: quã phi. vocat principiuz vnde mot⁹: qꝛ cauſa efficiens eſt mouẽs ꝓpter qđ oẽ mouens poteſt vocari efficiẽs. ¶ Eſt aũt aduertendũ ꝙ cauſa efficiẽs triplr̃ accipit̃. ſtricte. large. ⁊ largiſſime. Stricte dr̃ cã efficiens. qñ cauſat rez nouiter exiſtentẽ. ita ꝙ nihil illius rei preceſſit: ſicut ignis gñat ignẽ: ⁊ ſol calefacit: ibi eñi forma ſbalis ⁊ accidentalis nouiter eſt. Large dr̃ cã efficiẽs illa que facit aliqđ eẽ aliquale: q̃le prius nõ fuit. ſiue rem nouam faciẽdo: ſiue partẽ ꝑexiſtentẽ cõiungendo: ſiue partes auferẽdo: vel alijs modis ꝯſimilibus trãſmutando. ⁊ ſic dr̃ ꝙ artifex eſt cã domus: qꝛ ſolũ cõponit partes domus ad inuicẽ ⁊ tñ nulla res ſm̃ ſe totã noua eſt acq̄ſita. ꝗ̄uis ſit verꝫ dicere: hec domus eſt: ⁊ prius nõ erat: verꝫ dicere. Largiſſime dr̃ cã efficiẽs pro oĩ mouente. ſiue illud mouẽs faciat vnũ ex multis ſiue tranſmutãdo partes. ſiue auferẽdo. faciat alterius figure ꝙ̄ prius: ſiue ẽt ſolũ trãſmutat illud localiter. Et ſic dicimus ꝙ intelligẽtia eſt cã efficiens: motus celi. i. mouet celũ. ⁊ tñ nullã reꝫ nouã cauſat in celo. ſicut poſtea oſtendet̃. nec ꝓpter aliud dr̃ efficiens niſi qꝛ mouens. ¶ De duob⁹ aũt vltimis modis accipiẽdi cãm efficientẽ nolo loq̄ in hoc capi. ſꝫ tñ de primo. ¶ Sic aũt accipiẽdo cãm efficientẽ ſciendũ eſt ꝙ cã efficiẽs eſt illa. ad cuius exiſtentiã realẽ ꝑꝫ aliqđ aliud eſſe de nouo totaliter diſtinctũ ab illa cauſa. Si eñi iſta deſcriptio õſtruat̃ perit oĩs via ꝑſuadendi: ⁊ cognoſcendi aliqđ eſſe cauſam efficientẽ alterius. ꝓpter hoc eñi videmus ꝙ igne approximato ligno ſeq̄tur calor in ligno. ⁊ qꝛ niſi ignis eſſet approximatus ligno nõ eẽt calor in ligno: dicimus ꝙ ignis eſt cã caloris. Silr̃ eſt de alijs. ꝓpter qđ pꝫ ꝙ non eſt aliqua cã ſine qua nõ ꝓprie loquẽdo ꝗ̄uis req̄ratur aliqñ ãmotio alicuius impedientis cauſationẽ. ſicut eſt qñ eſt feneſtra clauſa que ĩpedit illũiationẽ ſolis. Eſt aũt ſciẽdũ ꝙ cã efficiens: que facit nouũ effectũ: triplr̃ accipit̃. vno mõ pro cã ſufficienti: que vocat̃ a q̄buſdã cã totalis. ⁊ vocat̃ cã totalis illa q̃ circũſcripto oĩ alio: qđ nõ eſt ſbꝫ forme: facit effectũ: ſicut ignis qñ nihil ꝯcurrit: ad calefactionẽ ꝑter lignũ. ignis eſt cã totalis efficiẽs: vel magis ꝓprie ſufficiẽs vel ꝑciſa. Alia eſt cã inſufficiens que ſine alia nõ facit effectuz. ſicut in medicina pꝫ. vbi pꝫ pro multis effectib⁹ ꝓducẽdis: diuerſe res diuerſaꝝ ſpecieꝝ ꝯiungunt̃: ⁊ cõmiſcent̃. ⁊ ſic corpus celeſte eſt cã inſufficiens: reſpectu generabiliũ diuerſoꝝ. Similiter cauſa inferior eſt inſufficiens. qꝛ ſine corpore celeſti nõ habet effectũ ſuum. ſicut ad gñationem aſini non ſufficit aſinus ſine corpore celeſti. nec corpus celeſte ſine aſino. propter hoc dicit phi. ꝙ homo generat hominẽ ⁊ ſol ſecundo phy. quia nullũ per ſe eſt ſufficiens. ⁊ quãdo cauſe inſufficientes cõcurrunt ad eundẽ effectuz habent ordinem adinuicẽ. qꝛ quãdoq̄ vna depẽdet ab alia. ſicut planta dependet a ſole: quãdoq̄ autez non dependet vna ab alia. ſicut quandoq̄ diuerſe herbe cõcurrunt ad eundem effectum in corpore humano. t.c.26

¶ Oportet autem ſcire ꝙ cauſarũ efficientiũ quedã eſt vniuerſalis: quedam particularis. Cauſe vniuerſales: ſunt ille que cum diuerſis cauſis cõcurrunt ad effectus illarum cauſarũ. ſicut ſol idem cõcurrit cuz planta ad cauſandum plantã. ⁊ cũ aſino ad cauſandum aſinum. ⁊ ſic de alijs. Cauſa particularis eſt illa q̃ nõ põt niſi in vnũ effectũ. vel ſaltẽ in pauciores effect⁹. etiam cum alijs: ſicut herba in pauciores effectus poteſt ꝙ̄ ſol. ideo dicitur particularis reſpectu illius. Ex quo patet ꝙ ſol ꝑ eandẽ virtutem poteſt in diuerſos effectus. Si eñi ꝑ aliam ⁊ aliaz virtutem producãtur diuerſi effectus nulla illarum eſſet cauſa vniuerſalis. imo q̄libet eſſet cauſa particularis. Sol ergo ꝑ eandem virtutem multos effectus producit. Ex quo pꝫ ꝙ falſa eſt iſta ꝓpoſitio: ꝙ ad diũſitatẽ effectuum ſequitur diuerſitas cauſarũ. nam ſol habet diuerſos effectus: tam in diuerſis paſſis ꝙ̄ in eodez: ſicut in eodem medio habet cauſare lucem: ⁊ calorẽ: ⁊ tamen ſine diuerſitate ſolis. Claret etiam ex dictis ꝙ falſa eſt hec propoſitio. diuerſitas cauſarum arguit diuerſitatem effectuum. nam ſicut declaratũ eſt. diuerſe cauſe concurrunt ad eundem effectum non ſolum ſpecie: ſed etiaz numero. ſimiliter patet ꝙ ſol calefacit ſine igne. ⁊ econuerſo.

Cap. iiij.

q Uartum genus cauſe vocatur cã finalis. Circa quam eſt primo ſciendũ. qđ eſt cauſa finalis. Secũdo quomodo eſt cauſa. Tertio ſm̃ quod eſſe eſt cauſa. ¶ Circa primũ eſt ſciendũ ꝙ Ariſ. ponit finẽ eſſe cauſam hoc modo. Illud ꝑ qđ ꝯuenienter rñdetur ad q̄õnem factã: ꝑ quare: eſt cã finalis: ſꝫ ꝑ finem rñdet̃ ad q̄õnẽ factaz ꝑ quare. Si. n. querat̃ quare ille ambulat: ꝯuenienter rñdetur: vt ſanet̃ vel ꝓpter ſanitatẽ ergo finis eſt cauſa. ¶ Circa ſcđm. ſ. quomõ eſt cauſa: eſt primo ſciendũ ꝙ finis nunꝗ̄ eſt cauſa niſi qñ efficiens eſt cauſa: cuius ratio eſt: qꝛ ſi finis ſit cauſa eſt alicuius effectus cauſa. ſed oĩs effect⁹ eſt ab aliquo efficiente: ergo qñcunq̄ eſt finis cã: tũc eſt efficiens cauſa. ¶ Scđo ſciendũ: ꝙ finis non tm̃ eſt cauſa effectus: ſed etiã mouet efficientẽ. quod quidem mouere non accipit̃ pro tranſmutatione efficiẽte. ſed accipitur pro deſiderari vel amari ab efficiente. vnde ſi ſanitas eſſet per ſe exñs: efficiẽs diceretur moueri a ſanitate: lꝫ nõ tranſmutet̃ a ſanitate. ⁊ ideo quãdo dicitur. finis mouet efficientem. capit̃ moue-

quid ſit finalis cauſa

quo nã pacto finis cauſet

re metaphorice vel iproprie. ſ. ꝑ amari vel deſiderari. ⁊ nō accipit ꝓprie ꝑ traſmutari. ¶ Ex ꝑdictis pꝫ: quomō cā finalis cāt. qꝛ cām finalē cāre nō eſt aliud q̄ illud eſſe ꝓpter qd̄ amatū ⁊ ꝺſideratū efficiēs agit actu vel ꝓducit. ita ꝙ ad hoc ꝙ ſit cā finalis duo reqrunt. ſ. ꝙ amet vel deſideret. ⁊ ꝙ efficiēs ꝓducat qd̄ amat vel deſiderat ipm̄ ſiue facit ipſuꝫ ꝑꝑ aliud ſiue nō. vn̄ ſicut cā efficiens eſt duplex. ſ. ſufficiēs ⁊ inſufficiēs. ſiue totalis ⁊ partialis ꝭm modū loquēdi aliquoꝝ. ita cā finalis eſt duplex. ſ. ſufficiēs ⁊ iſufficiēs. ſufficiens eſt illa ꝓpter quā amatū vel deſideratū efficiēs agit. ēt ſi aliō nō amaret nec ꝺſideraret efficiēs ageret. inſufficiēs eſt illa ꝑꝑ quā amatū vel deſideratū efficiens nō agit: niſi alio amato vl̄ deſiderato. Sicut ſi aliqs accedat ad aliquē locū vt comedat vel bibat. ita ꝙ nō ſolū ꝓpter potū vel cibū accedat. ſed ꝑꝑ vtrunqꝫ ſil̄. ⁊ iō vtrūqꝫ eſt cā finalis ſed iſufficiēs. Ex qb⁹ apparet ꝙ eiuſdē rei pn̄t eſſe plures cāe finales ⁊ nō ſolū inſufficiētes ſed ēt ſufficiētes. ſicut ſi aliqs accedat ad aliquē locū vt ibi iueniat theſauꝝ ēt ſi nihil aliud ſpet inuenire. ⁊ ēt vt inueniat cibū ēt ſi nihil aliud ſpet iuenire. ſunt ibi duo fines ſufficiētes. ¶ Et ſi dicat vnius rei vnica eſt cā finalis. Dōꝫ eſt ꝙ hoc nō eſt vl̄r veꝝ. imo vnius rei pn̄t eſſe plures cāe finales. ſicut eadē res pōt eē cā finalis pluriū effectuū qn̄ plu-

Fm qeē ſui finis cauſet

res cāe agunt ꝑꝑ eūdē finē amatū. ¶ Circa tertiū. ſ. ꝭm qd̄ eē cā finalis pōt cāre. dico ꝙ itelligēdo ꝑꝑ ꝭꝫ qd̄ eē cā finalis cāt qn̄ cāt: cā finalis pōt cāre ſiue exiſtat ſiue nō. ¶ Ad cui⁹ euidentiā eſt notādū ꝙ qn̄qꝫ finis nō eſt effect⁹ efficientis ⁊ qn̄qꝫ eſt. qꝛ qn̄qꝫ finis monet qꝛ eſt amat⁹ abſqꝫ hoc ꝙ ſit deſiderat⁹. Et tūc nō opꝫ ꝙ ſit effect⁹ efficiētis ſꝫ pt ꝑſupponi actiōi agētis. ſicut qn̄ aliqs agit ex amore alterius: ille vere ē finis: qꝛ ē iſte ꝑꝑ quem amatū: effect⁹ ꝓducit ⁊ iſto mō dr̄ ꝙ deus eſt finis oium. qꝛ eſt ille ꝑꝑ quem amatuꝫ oia fiunt. ſil̄r etiā qn̄ aliqs bibit potionē amarā: ipſemet eſt finis. qꝛ diligit ſeipm̄. iō ꝯcupiſcit ſibiipſi ſanitatē iō bibit potionē amarā. ſil̄r ē qn̄ aliqs ſanat ſeipſum ex amore ſuiipſi⁹. ipſemet ē finis. qꝛ. n. amat ſe ipſum iō acqrit ſibi ſanitatē. ¶ Qn̄qꝫ finis eſt ꝺſiderat⁹. ⁊ tūc pōt eſſe effect⁹ agētis. ſicut ſi aliqs deſiderat ſanitatē ⁊ ꝓpter eā bibit potionē amarā. ſanitas ē finis potionis amare. qꝛ ꝓpter ſanitatē agens bibit eā qꝛ deſiderat eā. etiā illa ſanitas eſt effect⁹ illi⁹ actiōis qꝛ illa potio efficit ſanitatē. ¶ Ad ꝓpoſitū dico. ꝙ qꝛ illud qd̄ eſt: aliqn̄ pōt amari ⁊ qn̄ amat pōt agens aliquē effectū ꝓducere qd̄ nō ꝓduceret niſi amaret: illō qn̄ eſt: ē cā finalis. Sil̄r qꝛ aliqd pōt deſiderari qn̄ nō eſt: ⁊ agēs pōt aliquē effectū agere qꝛ deſiderat illud nō eni ageret niſi deſideraret. iō ſicut aliqd pōt ꝺſiderari tn̄ nō eſt. ita pōt eſſe cā finalis qn̄ nō eſt. qꝛ nihil aliud eſt eē cām finalē niſi eē amatū vel deſideratū ꝓpter qd̄ agēs agit. ⁊ hoc ē qd̄ coiter dr̄: ꝙ q̄uis finis nō ſit in re extra: eſt tn̄ in intētione agētis. ¶ Sꝫ ꝯ: illud qd̄ nō eſt nō pōt eſſe cā alicuius: ergo qn̄ finis nō eſt nō pōt eſſe cā alicui⁹. ¶ Sil̄r finis ē nobilior his q̄ ſunt ad finē. ſꝫ qn̄ finis nō eſt: nō eſt nobilior his q̄ ſunt ad finē. ergo tunc nō eſt cā. ¶ Itē qn̄qꝫ finis eſt

Qd finis non ſit cā cū non eſt obicitur

effectus vt dictū eſt. ergo tūc nulli⁹ eſt cā. qꝛ nec agentis cū nō habeat nec habē poſſit. nec effectus. qꝛ nihil eſt cā ſuiipſius. ¶ Ad primū dico ꝙ illud qd̄ nō eſt nec ab aliqno amat nec deſiderat nulli⁹ eſt cā: ſed ſicut illud qd̄ nō eſt pōt deſiderari. ita poteſt eē cauſa.

Diluuntur rōes

¶ Ad ſcōm dico. ꝙ nō ſemꝑ finis eſt nobilior his q̄ ſūt ad finē. qd̄ maxie veꝝ eſt ꝺ fine deſiderato. qꝛ nō ſemꝑ finis deſiderat⁹ eſt nobilior his q ſunt ad finē. ¶ Ad tertiū dico. ꝙ qn̄qꝫ finis deſiderat⁹ non eſt qn̄ agēs agit. ⁊ tn̄ eſt cā finalis actiōis. ſic aliqs qn̄qꝫ bibit ſciroppū anteq̄ ſanet. ⁊ tunc ſanitas eſt cā finalis iſtius potatiōis ⁊ nō agētis nec ſuiipſius ⁊ tūc ſūt plures effect⁹ ordinati aliquoꝝ ⁊ poſteriores ſunt cā finalis prioꝝ. Qn̄qꝫ aūt agēs agit imediate deſideratuꝫ. qꝛ nō ſūt plures effect⁹ ordinati ſed tn̄ vn⁹ in ea actione ꝓductus. ⁊ tūc illud deſideratū nō eſt cā finalis. ⁊ iō tunc aliqd eſt cā finalis alicui⁹ qn̄ deſiderat ab agēte faciēte aliud nō ipm̄. Et ſi dicat qd eſt cā finalis talis actionis. ¶ Dōm eſt ꝙ talis cā finalis eſt aliquid amatū: ex cuius amore aliqd ꝓducit. qd̄ amatū eſt vl̄ ipm̄ agens vel aliud. vn̄ frequēter in actiōib⁹ humanis cauſa finalis eſt ille met hō agens oꝑationes ſuas.

## Capitulum quintum.

c

Ex predictis colligi pōt diggrediēdo: ꝙ multi aſſignantes fines ſciaꝝ ⁊ cauſas finales eaꝝ: niſi melius itelligant nō ꝯuenienter ꝓcedunt. Dn̄t. n. ꝙ ali⁹ eſt finis agentis vel ſciētis ⁊ ſcie. vn̄ finis ſcie eſt oꝑatio ꝭm illam ſciam. finis autē ſciētis eſt illud qd̄ intendit a ſciēte. ſed hoc pōt bn̄ ⁊ male intelligi. ¶ Ad cuius euidentiā eſt notādū ꝙ qn̄qꝫ ꝭm rectā rōnem dꝫ aliqd intēdi ab agente: qd̄ tn̄ ab eo non intendit nec deſiderat. qn̄qꝫ aūt euenit. ꝙ illud qd̄ nō dꝫ ꝺſiderari ꝑꝑ aliud deſiderat. ita ꝙ illud qd̄ nō dꝫ eē finis aliqn̄ fit finis. ⁊ ecōuerſo. illud qd̄ dꝫ eſſe finis nō fit finis. ¶ Si āt finem vocēt ſcie illud qd̄ ꝭm rectā rōnem dꝫ deſiderari a ſciente. veꝝ dicunt: qꝛ alius eſt finis ſcie ⁊ aliud ſcientis. qꝛ qn̄ nō intēdit illud qd̄ dꝫ ꝭm rōnem illaꝫ ſic pn̄t ſaluari dicta cōia. hoc nō obſtāte dico ꝙ ꝓprie loquēdo de cā finali illud ꝓpter qd̄ addiſcens acqrit ſciam: vere eſt cā finalis ſcie. qd̄ pōt ꝑſuaderi ſic. Qꝛ illud ꝑ qd̄ cōuenienter pōt rn̄deri ad q̄ōnem factaꝫ ꝑ quare de eē vel fieri alicuius eſt cā illi⁹ ſed ꝑ talē finē deſideratū a ſciente. rn̄detur ad q̄ōnem factā ꝑ quare. vt ſi ſic querat ab aliquo q̄re eſt iſta ſcia vel ꝓducitur. qn̄qꝫ ꝯuenit vere rn̄dere vt iſte doceat vel ditet. ergo tunc ipſa doctio vel ditatio eſt cā finalis. ¶ Itē illud ſine quo ml̄te res nō eēnt eſt cā efficiēs ſi ꝓprie moueat. ſic ⁊ cā finalis ſi moueat metaphorice. ſed aliqn̄ qs addiſcit vt ditet. ergo diuitie ſunt cā finalis illius ſcie. ¶ Qd̄ aūt qd̄ non intendit ab adiſcēte nō ſit ꝓprie cā finalis. probo ſic. qꝛ nihil hꝫ rōnem cauſe finalis niſi qd̄ mouet agens ad agendū. ſed nō intentū vel nō amatū nec deſideratū nō mouet agēs ad agendū. ergo non eſt ꝓprie cauſa finalis. Dico tn̄ ꝙ q̄uis nō deberet eſſe finis niſi qd̄ amat vel deſiderat ꝭm rectā rōnem. tn̄ qn̄qꝫ finis eſt de facto illud quod amat vel deſiderat ꝯ rōnē. Sꝫ forte queres qn̄ aliqs

adiſcit

adiſcit ſciam ſpeculatiuā vt dicatur vel vt honoretur. nunqd honor vel diuitie ſint p ſe cauſe finales illius ſciētie. ¶ Dicendū eſt ꝙ ſunt p ſe cauſe illius ſciētie qꝛ nō ꝑpter aliud adiſcit. Nā ſicut eſt de cauſa efficiēte ita eſt de cauſa finali. ſed ſic eſt de cauſa efficiente. ꝙ tunc dr̄ cauſa efficiens p ſe alicuius effectus qñ ille effectus nō pōt produci pro tūc niſi ab illa cauſa: lꝫ pro alio tpe poſſet ꝑduci ſine illa cā: ⁊ hoc ab alia cā. Sicut calor poteſt ꝑduci in ligno ab igne ⁊ a ſole. ita ſimilr̄ eſt de cā finali. qꝛ illud dicit̄ cā finalis p ſe alicuius effectus ſine quo talis effectus pro tūc produci non poſſet. quia ad cauſam p ſe ſufficit ꝙ effectus ſine illo non poſſit eſſe. quod eſt verum tam de agente naturali ꝙ̄ de cauſa finali.

Capitulum ſextum.

p Redicta de cauſa finali intelligēda ſunt de agēte a ꝓpoſito ⁊ ſponte. de qbus manifeſtū eſt ꝙ agūt ꝑpter finē ⁊ ꝙ eſt aliqua cauſa finalis ipſorum. de alijs aūt que nō agunt p cognitionē ⁊ voluntatem. magis dubium eſt an agant ꝑpter finē ⁊ vtrū in talibus ſit ponēda cauſa finalis. ¶ Nā de iſtis eſt magis dubium ꝙ̄ de aiatis aia ſenſitiua. ⁊ ꝙ̄ de aialibus. in qbus eſt appetitus alicuius non habiti. propter quē appetitū multas agunt opationes quas non faciūt ceſſante appetitu illo ⁊ ꝑpter ꝯrias actiōes ꝙ̄s agunt diuerſis tēporibus ſm̄ ſucceſſionē ꝯrioꝝ appetituū in eis. Primo ergo vidēdū eſt quō aliqua agūt ꝑpter finem. de qbus videndū eſt. ꝙ ſicut aial rōnale deſiderans aliqd ⁊ ꝑpter hoc opatur. ⁊ ideo illud dr̄ eſſe finis ⁊ cā finalis. ſic aialia bruta deſiderantia illud qḋ nō habent multas hn̄t opationes ⁊ illud deſideratū ſiue appetitū eſt cā finalis illaruꝫ opationū. ⁊ ideo qñ appetitus ſenſitiuus p̄cedit in bruto pōt ibi aſſignari cauſa finalis reſpectu cognitiōis humane. qñ eni in brutis appetitus nō precedit opationē. ſicut qñ aial ſentit aliqd: reſpectu cuius non eſt appetitus. tunc dōm eſt ꝙ eodē mō eſt ponenda ibi cā finalis: ſicut reſpectu actionū ſine oi cognitione. ¶ Silr̄ dōm eſt de opationibus humanis quas nō agit hō p deſi-

Quō inanimata agāt ꝑp finem

derium vel amorē precedentē. Propter quod dōm eſt. qñ reſpectu inaiatoꝝ eſt cauſa finalis. De quo mihi videt̄ eē dōm ſm̄ principia Ari. ꝙ ſi inaiata a nullo cognoſcente finem regant̄ nec moueant̄: ꝙ in eis non eſt cā finalis. qꝛ ſunt mere agentia ex neceſſitate nature nihil pretendentia. Si aūt regantur ab agente cognoſcente vel producēte: in illis eſt ponēda cauſa finalis que nō eſt ꝑprie intenta nec deſiderata ab agēte inaiato. ſed a dirigente vel mouēte. dr̄ tn̄ ipꝛoprie cauſa finalis illius actionis vel opationis. ſicut quando aliqs ſagittat ad aliquem terium dirigens ſagittā. vel volens interficere aliquē. iſta interſectio nō eſt proprie cauſa finalis illius ſagittationis vel motus ſagitte. vt ſic proprie loquēdo non dicatur tale agens agere ꝑpter finem talem. ſed hoc proprie dicit̄ de dirigēte vel mouente tale agens. vnde nō proprie dr̄ ꝙ ſagitta mouet̄ vel agit propter interſectionē. ſed bene dicit̄ ꝙ ſagittans ſagittat propter interſectionē. Similiter ſi aliquis p ignem comburrit aliquā domuꝫ vel aliquod aliud. ⁊ propter hoc mouet ipſum de loco ad locum: nō dicit̄ proprie ꝙ ignis facit iſtaꝫ combuſtionē. ſed hoc proprie dr̄ de mouente. Sed iſta exempla nō ſunt propria. qꝛ aliquando exempla ponimus nō vt ita ſit ſed vt ſentiant q adiſcunt. Attamen adhuc poteſt dici: ꝙ quādo ſagitta mouet̄ a ſagittāte ꝙ ibi duplex eſt motus. ſ. ſagittam primo mouēs. ⁊ ab iſto eſt proprie finis. ſ. interſectio alicuius quam intendit. Aliud mouens eſt aer q non intendit iſtum finem. ⁊ propter hoc aer nō mouet ſagittam propter illum finem. Propter dicta Ariſto. oportet ſcire. ꝙ quis apud eum pōt multipliciter dici cauſa finalis. tamen ad preſens dupliciter accipit̄. vno modo propriiſſime. ⁊ ſic finis dicitur aliquod intentū. ſiue deſideratum vel amatum. propter quod agens agit. ⁊ ſic naturalia pure inanimata ſi non moueantur ⁊ dirigantur ab aliquo agente nō habent cauſam finaleꝫ vel finem. ¶ Alio modo dicit̄ cauſa finalis vel finis pro illo ꝙ ſecūdum curſum nature niſi impediatur ſequitur aliud. vel opatio alterius. ⁊ eodē modo ſequitur ac ſi eſſet preſcitum vel deſideratum ab agente ⁊ iſto modo finis reperitur in inanimatis. etiā poſito ꝙ a nullo cognoſcente regulentur vel moueantur. ⁊ ſic loquitur phyloſophus de cauſa finali ſecundo phyſicorum verſus finem. vbi ponit in natura finem. quia eodem modo fit ac ſi fieret ab arte. t. c. 79

Capitulum ſeptimum.

p Oſtquaꝫ dictū eſt de cauſis que ſunt ⁊ quomodo cauſant, nunc dicendum eſt de modis cauſarum ⁊ conditionibus. ¶ Aſſignantur autem ab Ariſto. ſecundo phyſicorū ſex modi cauſarū T. c. 36 principales. de quibus eſt notandū primo ꝙ philoſophus non vocat modos cauſarum aliqua inherentia a parte rei ipſis cauſis: Sed vocat modos cauſarum quaſdam conditiones predicabiles de nominibus cauſarū. non tamen vere predicantur de eis niſi quando ſupponunt pro ipſis cauſis. Illi autē modi diuerſi competunt non ſolum diuerſis cauſis diuerſorum generum. ſed etiam diuerſis in eodē genere. vnde quedam ſunt priores ⁊ quedā poſteriores. ſicut cauſa ſanitatis dicitur artifex ⁊ medicus. cauſa ꝓpinquior ſiue prior eſt medicus. ⁊ artifex poſterior ſiue remotior. ¶ Intelligendum eſt autem ꝙ iſti duo modi cauſarum. ſiue iſta diuiſio poteſt duobus modis intelligi. vno modo vt vere vna res ſit cauſa remotior ⁊ alia cauſa propinquior. ⁊ ſic inuenitur iſta diuiſio verificari de cauſa efficiente ⁊ finali. Sed de cauſa efficiente vno modo tantum. de cauſa autē finali dupliciter. vnde aliqua cauſa efficiens dicit̄ propinqua. ad cuius eſſe ſequit̄ aliud ſicut ignis eſt cauſa caloris in ligno. ⁊ ſol eſt cauſa generationis plante. aliqua autem dicit̄ cauſa efficiens remota quia. ſ. eſt cauſa cauſe tm̄. ſicut aliquis eſt pater alterius: qꝛ eſt auus ipſius. ſcꝫ pater patris ſui. ſic ⁊ ignis dicitur cauſa remota illius quod fit ab effectu ſuo. ⁊ tūc quādo eſt cauſa remota nihilominus fit effectus ſine co

niſi forte per accidens impediatur. Uerũtamen ſciẽdum eſt: ꝙ quãdo illud qd̓ eſt cauſa cauſe eſt cauſa ꝓpinqua illud eſt cauſa alicuius effectus cum quo cõcurrit ad producenduʒ aliquem effectum. ita ꝙ ipſo ablato effectus non eſſet. ⁊ ideo dicit̃ cauſa non ſolũ remota ſed etiam propinqua. Cauſa aũt finalis quedam eſt remota. quedam eſt propinqua. Cauſa autẽ remota eſt duplex. vna eſt cauſa finalis cauſe ꝓpinque. ſine qua tamen finis propinquus intenditur. Alia eſt cauſa finalis remota que non eſt immediata ſine qua cauſa aliqua cauſa non intendit̃ ſicut collectionis herbarum: cauſa finalis propinqua eſt potio amara. Cauſa v̓o finalis remota eſt ſanitas: quia potio amara non intendit̃ niſi propter ſanitatem. Aliter intelligitur iſta diuiſio cauſe in cauſam remotam ⁊ propinquam: ſiue in cauſam priorem ⁊ poſteriorẽ non ꝙ ſit alia res cauſa prior. ⁊ alia res cauſa poſterior. ſed per predicationem hoc nomen cauſa: ꝑ prius dicit̃ de vno: ⁊ per poſterius dicit̃ de alio. non tamen dicit̃ de illis niſi pro re. ⁊ nõ pro diuerſa re ſed pro eadem. ⁊ ſic dicit philoſophus ſcd̓o phy. ꝙ multiplicuter cauſe dicuntur ⁊ ipſarum ſimilium ſpecierum. altera prius ⁊ poſterius altera dicitur eſſe vt ſanitatis medicus ⁊ artifex. ⁊ ipſius qd̓ eſt vel dyapaſon duplum ⁊ numerus. ⁊ propter continentiam ad vnũquodqȝ. non enim quãdo dicit phi. ꝙ ſanitatis cauſa eſt artifex ⁊ medicus. vult ꝙ ibi ſint due res: quarũ vna ſit cauſa prior ⁊ alia poſterior. qꝛ illa eadem res que eſt medicina eſt ars. Sed vult dicere ꝙ hoc nomen cauſa ſanitatis: prius dicitur de hoc nomine medicus pro re ꝙ̃ dicatur de hoc nomine artifex pro eadem re. ⁊ ita cauſa ſanitatis dicitur vniuerſaliter de medico: ⁊ non de artifice. ⁊ propter hoc ꝑ prius dicitur de medico. ⁊ per poſterius de artifice. ⁊ tamen idem omnino qui eſt medicus eſt artifex. ⁊ eadem res que eſt medicina eſt ars.

### Capitulum. 8.

P Reter predictos duos modos cauſarũ eſt alia diuiſio cauſe. ꝙ quedam eſt cauſa per ſe: quedam per accidens. que etiam dupliciter poteſt intelligi: vt aliqua res extra animã dicatur cauſa per ſe. ⁊ aliqua res cauſa per accidens eiuſdem rei ⁊ ſic intellecta iſta diuiſione nõ habet verum ſiue locum in aliquo genere cauſe niſi in genere cauſe efficientis: in quo ponitur fortuna ⁊ caſus. de quibus poſterius dicetur. Non enim habet locum in genere cauſe formalis: eo ꝙ nulla forma eſt forma alicuius per accidens: ꝙ̃uis contingenter ſit forma: ſicut forma quelibet cõtingenter eſt cauſa. Nec habet locum in genere cauſe materialis: qꝛ non plus eſt vna materia cauſa materialis per accidens vnius compoſiti ꝙ̃ alia. Nec in genere cauſe finalis: quia finis dicitur finis reſpectu intenti. ſed nihil intenditur per accidens: ꝙ̃uis intendat̃ propter aliud ⁊ ſic vocando per accidens: ideſt pro alio ⁊ nõ pro ſe: eſſet concedenduʒ ꝙ aliquid eſt finis per accidens ⁊ aliquid pro ſe. ſ. qui per ſe eſt intentus. ſed ſic non loquimur modo de per accidens. Aliter intelligitur iſta diuiſio iſto modo: qꝛ aliqua ꝓpoſitio vbi ponitur cauſa de aliquo eſt per ſe ⁊ quedam per accidens. ¶ Ad cuius euidentiã eſt ſcienduʒ ꝙ per ſe ⁊ per accidens multipliciter capitur. primo poſterior. quia aliqua ſunt in quibus omnia ſunt neceſſaria: ⁊ vbi eſt predicatio directa ⁊ propria. ⁊ illa dicuntur per ſe primo modo vel ſecũdo modo. Alia aũt ſunt que non ſunt per ſe ꝑmo modo nec ſecũdo modo. ⁊ tamen vera ſunt ⁊ habent ꝑdicationem propriam ⁊ directam. ⁊ dicunt̃ per accidens: quia ſunt cõtingentia. ſed iſto modo non loquimur hic de per ſe ⁊ per accidens: tunc enim iſta non eſt per ſe. ſtatuã faciens eſt cauſa ſtatue. cum hec ſit contingens ⁊ nõ neceſſaria. cuius oppoſituʒ dicit phi. ſecundo phy. Aliter accipitur per ſe ⁊ per accidens in propoſito. ꝙ illa propoſitio dicit̃ per ſe ⁊ non per accidens in qua predicat̃ propria cauſa de aliquo: ſcilʒ quãdo in ſubiecto exprimit̃ propria cauſa predicati. ſicut iſta eſt per ſe edificator edificat. vel eſt cauſa domus. qꝛ hoc nomen edificator exprimit artem per quaʒ edificator edificat. Alia aũt propoſitio cuius ſubiectuʒ non exprimit propriaʒ cauſam rei dicit̃ per accidens ſicut iſta. homo edificat. vel eſt cauſa domus. quia hoc nomen homo non exprimit artem illam que eſt imediata cauſa domus. ſed ſubiectum proprie cauſe. Similiter illa eſt per accidens cuius ſubiectuʒ exprimit aliquid qd̓ totaliter eſt impꝑtinens ad cauſam: ſicut iſta. album edificat. nam ſubiectuʒ exprimit albedinem que nullo modo eſt cauſa edificationis. ⁊ iſta eſt magis per accidens ꝙ̃ iſta. homo edificat. que tamen eſt per accidens. quia homo non eſt cauſa prima edificationis ſed eſt cauſa: quia eſt ſubiectum cauſe prime. ⁊ hoc eſt qd̓ dicit ph̄us ſcd̓o phy. vniuſcuiuſqȝ inquit ſummã cauſam oportet querere: vt homo edificet quia edificator eſt. edificator aũt ſm̄ edificatoriam arteʒ. ⁊ hec eſt prima cauſa. ⁊ ſic de alijs. ꝙ̃uis aũt predicto modo hec ſit per accidẽs. homo edificat. ⁊ hec ſimiliter. album edificat. ⁊ hec per ſe. edificator edificat. tñ ſm̄ proprietatẽ locutionis concedo ꝙ ſi hec ſit vera. edificator per ſe edificat. ꝙ vtraqȝ iſtarum eſt vera. homo per ſe edificat. album per ſe edificat: cum idem numero ſit edificator ⁊ homo albus. ⁊ hoc patet. qꝛ caſu iſto poſito ſequitur ꝙ hec eſt vera. hoc album per ſe edificat. nam ſequit̃. hic edificator per ſe edificat. hic edificator eſt albus. ergo album per ſe edificat. premiſſe ſunt vere. ſyllogiſmus eſt expoſitorius. ergo concluſio vera. Nec valet dicere ꝙ hic ſyllogiſmus non ſit expoſitorius propter additioneʒ iſtius dictionis per ſe in maiori: nec hoc impedit ſicut patet inductiue. ſequitur eniʒ. iſte currit velociter. iſte eſt albus. ergo album currit velociter. ¶ Et ſi dicatur albuʒ per ſe edificat. ergo hec eſt per ſe album edificat. cuius oppoſituʒ eſt dictum. Dico ꝙ ꝯſequentia non valet. ſicut non ſequitur. album pot̄ eſſe nigrum. ergo hec eſt poſſibilis. album eſt nigrum. Similiter non ſequit̃. ſor. exiſtẽs in hoc loco eſt neceſſario corpus. ergo hec eſt per ſe neceſſaria. ſor. exiſtens in hoc loco eſt corpus. antecedens

Per ſe ⁊ ꝑ accidẽs dr̄ multis modis.

T. 3. 6

cedens eſt veruꝫ ⁊ conſequens ſalſum. eo ꝙ hec eſt contingens. ſoꝛ. exiſtens in hoc loco eſt coꝛpus. nec philoſophus aliud intendit quando dicit: albū edificare per accidens ⁊ non per ſe. niſi ꝙ hec eſt per accidens. album edificat ⁊ non per ſe. ¶ Iſta aūt diuiſio ſic intellecta non ſolum conuenit cauſe efficienti: ſed etiam alijs generibus cauſarum. ſicut enim hec eſt per accidens. album edificat. eo ꝙ ſubiectuꝫ exprimit aliquid qđ nullo modo eſt cauſa edificationis ita hec eſt per accidens. intellectus eſt foꝛma ſubſtātialis hominis. Quis eniꝫ anima ſit per ſe foꝛma hominis que eſt intellectus. tamen intellectus exprimit actum intelligendi qui non eſt foꝛma hominis ſubſtantialis. ideo iſta eſt per accidens. ⁊ ſic dicendum eſt de alijs multis ⁊c. Cap. 9.

c Auſa etiā diuiditur. ſ. tam cā per ſe ꝙ̄ etiaꝫ per accidēs. Similiter ꝓpinqua ⁊ remota. qꝛ quedam eſt in actu. quedā in potentia. que diuiſio ſic intelligēda eſt. ꝙ de aliquo predicatur hoc nomen cā: mediante hoc verbo eſt: ſic dicēdo. a. eſt cauſa. ⁊ de aliquo mediante hoc verbo. pōt. ſic dicendo. a. pōt eſſe cauſa. ſicut de edificatoꝛe quādoqꝫ pōt dici ꝙ edificat ⁊ tūc edificatoꝛ eſt cauſa. quādoqꝫ ꝙ poteſt edificare. ⁊ tunc verificatur ꝙ edificatoꝛ poteſt eſſe cauſa. ⁊ ſimiliter de omnibus generibꝰ cauſarū. Eſt autē differentia inter cauſaꝫ in actu ⁊ cauſam in potentia. qꝛ cā in actu ſimul eſt ⁊ nō eſt cuꝫ ſuo effectu. ſed ſic nō eſt de cauſa in potentia. qđ nō eſt intelligenduꝫ de ipſis rebus: ꝙ ſemꝑ deſtructo aliquo effectu deſtruat̄ aliq̄ res que ſit cauſa eius. ⁊ ꝙ ſemꝑ deſtructa cauſa in actu deſtruatur aliqua res que eſt effectꝰ eius. ſed ſic intelligenda eſt iſta differentia. ꝙ qn̄ aliquid ceſſat eſſe cauſa alicuius aliqđ ceſſat eſſe effectus eius. ita ꝙ bn̄ ſequitur. hoc nō eſt cauſa modo illiꝰ. ergo hoc nō eſt cauſatuꝫ ab illo. ⁊ ecōuerſo. ⁊ iſto modo ſequit̄ calefaciens nō eſt. ergo calefactum nō eſt. ⁊ ecōuerſo. ⁊ ſimiliter ſequitur. calefactū eſt. ergo calefaciens eſt. capiendo calefactū ꝓ eo qđ nunc ſit calidū. Et per hoc tn̄ ꝙ calefactū nō eſt: nulla res deſtruitur in calefactione. ſicut per hoc ꝙ aer deſinit eſſe illuminatus a ſole: nulla res coꝛrumpitur in ſole. Similiter ex hoc ꝙ oculus deſinit videre coloꝛeꝫ: nulla res deſtruitur in coloꝛe. ſicut intelligibile per hoc ꝙ deſinit itelligi ab anima nihil oīno perdit. Sed illud de quo dicit̄ cauſa: mediante hoc verbo poteſt: nō ſic ſe habet ad illđ quod impoꝛtat effectū. qꝛ in talibꝰ nō eſt mutua ꝯña reſpectu eſſe ⁊ nō eſſe. nō eñi ſequitur calefactum nō eſt. ergo calefactibile nō eſt. nec ecōuerſo. nec ſeqt̄ caleſactiuū eſt. ergo calefactibile eſt. niſi gratia materie. Et nō ſolum competit iſta diuiſio cauſe per ſe: ſed etiam cauſe per accidens. qꝛ aliquod album edificat ⁊ aliquod album poteſt edificare. ⁊ aliquod dulce diſgregat ⁊ pōt diſgregare. Capi. x.

c Auſarum alia eſt diuiſio. qꝛ quedam eſt vniuerſalis ⁊ quedaꝫ particularis. ⁊ ſicut cauſe vniuerſales ſunt cauſe vniuerſalium: ita cauſe ſingulares ſingulariuꝫ ſunt cauſe effectuum. quod non eſt intelligendum: ꝙ aliqua ſit cauſa vniuerſalis vniuerſalitate cauſationis loquendo de cauſis ſubſtantiarū generabiliuꝫ ⁊ coꝛruptibiliuꝫ. de quibus nunc eſt ſermo. ſed ſic eſt intelligendum ꝙ ſicut nomen commune cauſe dicitur reſpectu nominis communis. effectus. ita ſingulare nomē cauſe dicitur reſpectu ſingularis nominis: effectus. vnde ſicut dicimus ꝙ ſtatuā faciens eſt cauſa ſtatue. qꝛ omnis ſtatuam faciens eſt cauſa ſtatue. Quis nō omnis ſtatuā faciens ſit cauſa huiꝰ ſtatue vel illius. dicimus tamen ꝙ hic ſtatuaꝫ faciens eſt cauſa huius ſtatue. Quod autē vniuerſale nō ſit cauſa vniuerſalis: poteſt oſtendi multipliciter. ¶ Primo. qꝛ ſicut alias viſum eſt. vniuerſale nō eſt niſi vox vel conceptus mentis: vel ſcriptum de quibus conſtat ꝙ nō ſunt cauſe ſubſtantiarū. ¶ Secundo. quia poſito ꝙ vniuerſalia quedam eſſent eſſentie exiſtentes extra animam. ſicut quidam ponunt: adhuc vniuerſalia non eſſent cauſe vniuerſales cum nō eſſent cauſe vniuerſalium. quia illud quod eſt ante omnem actionem non eſt effectus illius actionis. ſed iſta vniuerſalia ſunt ante oēꝫ actioneꝫ. qꝛ illa vl̄ia ſm̄ ſic errantes ſunt eterna: ergo vniuerſalia nō ſunt cauſe vniuerſalium. Hoc etiam eſt cōtra Phi. pꝛio metaphy. qui dicit ꝙ actiones ſunt ſingulariuꝫ. ergo cauſe vl̄es nō cauſant effectus vl̄es. Dico gͦ ꝙ nullū vl̄e eſt cā alicuiꝰ gn̄abilis ⁊ coꝛruptibilis ex̄ aīaꝫ. ⁊ tn̄ de vl̄i vere ꝑdicat̄ hoc nomen cā: nō pro ſe ſꝫ pro cā que eſt ex̄ aīam. vñ iſta eſt vera. ignis eſt cā ignis. ⁊ aer eſt cā aeris. ⁊ tn̄ ſbm̄ nō eſt cā alicuiꝰ. ſed bn̄ illđ pro quo ſupponit. Cōpetit aūt diuiſio iſta ſic intellecta oī generi cauſe. nā in oī gn̄e cauſe inueniunt̄ nomina ſingularia ⁊ vl̄ia de qbꝰ dr̄ cauſa. nā foꝛma eſt cauſa foꝛmalis compoſiti: ⁊ anima itellectiua eſt cauſa foꝛmalis hoīs. ⁊ hec anima intellectiua eſt cauſa foꝛmalis huiꝰ hoīs. ⁊ ſil̄r eſt d mā. ⁊ de hac mā de fine. ⁊ de hoc fine. Opꝫ aūt ſcire ꝙ cā vl̄is ꝑter predictū modū accipiēdi cām vl̄em. ſ. pro cā vl̄i in predicando aliter accipi pōt. ſ. pro cā pluriuꝫ effectuum. vnde pōt diſtinctio talis eſſe cauſe vniuerſalis. ꝙ quedam eſt cauſa vl̄is vl̄itate ꝑdicationis. ⁊ quedam eſt vl̄is vl̄itate cauſatiōis que vocat̄ cā illimitata ad effectuꝫ vnuꝫ. ſed ad plures ſe extēdit. Cauſa aūt vl̄is ſic dicta non inuenit̄ in genere cauſe mālis. nec foꝛmalis. qꝛ nulla mā vel foꝛma eſt ſimul cauſa diuerſoꝝ totaliter diſtinctoꝝ. ſed ſolum inuenit in cā efficiēte ⁊ finali. Et hec diuidit̄ qꝛ duplex pōt eſſe cauſa diuerſoꝝ effectuū tam eiuſdē ſpēi ꝙ̄ diuerſarū ſpecieruꝫ. vnde cauſa vl̄is vl̄itate cauſationis pōt accipi dupl̄r. ſ. large ⁊ ſtricte. Large dr̄ illa que pōt ſucceſſiue in plures effectus. ⁊ ſic ignis cauſans pōt dici cā vniuerſalis: qꝛ pōt ſucceſſiue cauſare plura. ¶ Aliter accipit̄ ſtricte pro eo qđ pōt ſimul in plures effectus diuerſarū ſpecierum ſiue ſufficiēter ſiue inſufficiēter. ſicut ſol eadem virtute ꝑducit vermē ⁊ plantam: hoīem ⁊ aſinuꝫ. Similiter ſimul mouet deſideratum ⁊ intentuꝫ a pluribus diuerſis agentibus cauſantibus effectus ſuos ꝓpter eoꝝ finem.

In phemio. c. j

Capitulum .xj.

notificat̄. ¶ Oportet aūt ſcire ꝙ qñ quātitas alicui⁹ rei ignote debet certificari ꝛ notari: qñq3 notificat̄ p applicationē quātitatis mēſure note ad rē cui⁹ quātitas ignorat̄ ſemel vel pluries. ſicut per applicationē vlne. cui⁹ quātitas nota eſt ſemel vel pluries ad pānū applicat̄. ꝛ tūc notificat̄ de quātitate panni. qñq3 aūt aliqs habēs magnā experientiā3 de tali mēſuratione pōt per ſolū aſpectū rei certificari quāta res eſt. vtru3 ſcilicet ſit tricubita vel bicubita. ꝙuis talis certio nō ſit ita nota ꝛ certa ſicut prior. Et iſto duplici mō proportionabiliter qñ ignorat̄ de duab⁹ rebus que ipſaꝝ eſt maior vel minor. vel an ſint eq̄les. quarū non pōt vna alteri applicari certificat̄ qs que earum ſit maior vel minor. ſ. p applicationē eiuſdē ad vtranq3 earū. vel ſolū per aſpectū illaru3. ꝙuis ſcd̄a noticia ſit incertior ꝙ̄ prima. Et ſicut eſt duplex talis notificatio in pmanētib⁹ ita in ſucceſſiuis. Nam qñq3 aliqs neſciēs quantū aliqd moueat̄ certificat̄ per aliquē motū ſibi notū. ꝯſiderās enim ꝛ applicās motū ſolis ſibi notū ad aliū motū. ꝛ ꝯſiderās ꝙ illud aliud mouebat̄ a tali pūcto ad talē punctū ſcit ꝙ̄diu illud mouebat̄. ¶ Siľr aliqs qui videt hodie aliqd corp⁹ moueri. ꝛ ſiľr die ṗcedēte ꝛ ꝯſiderās ꝙ hodie mouet̄ a tali pūcto ad talem pūctū ꝛ heri du3 ſol mouebat̄ ab alio pūcto ad aliū punctū ſcit ꝙ hodie diuti⁹ vel minus diu mouet̄ ꝙ̄ heri. ¶ Qñq3 aūt cōſtat alicui ꝙ vnum mobile diutius mouet̄ ꝙ̄ aliud p ſolū aſpectū aſpiciēdo vtrūq3 dū mouet̄ ꝙuis nō ita certitudinaliter ꝯſtet ſicut ṗmo mō. Eodē modo dupľr ꝓportionabiliter certificat̄ qs de quiete quātu3. ſ. quieſcit aliqd ꝛ ꝙ vnū diutius quieſcit ꝙ̄ reliquu3 ꝛ ꝙ aliqd vnū eq̄liter qeſcit cū reliquo. ꝛ iſto mō de duratiōe. Nā iſto duplici mō certificat̄ qs ꝙ vnu3 diutius durabit vel durat ꝙ̄ reliquū vel ꝙ aliqd tm̄ durat quantum reliquum. ¶ Eſt autem notandū ꝙ illa eſt proprie mēſura quāti. per cui⁹ cognitionē ꝛ applicationē ad reliquū cognoſcit̄ quantū ſit reliquū. que qdē applicatio quandoq3 fit per cōtactū finalē. qñq3 improprie. cū. ſ. per cōſiderationē ſolū intellect⁹ cognoſcit ꝙ̄tū eſt reliquū: ita ꝙ tā mēſura ꝙ̄ mēſuratū debēt eſſe actualiter nota ꝛ debēt eē diſtincta. ꝓpter qd qñ per aſpectū alicuius cognoſcit̄ quātū ipm eſt. illa cognitio proprie loquēdo nō eſt mēſura: ſed illa res alia cuius quātitas eſt nota. hoc eſt quātitas ipſa per cuius applicationē ad alia3 rē de qua neſcit̄ quāta eſt certificat̄ intellect⁹ ꝙ̄tū illa res eſt. vere eſt menſura ꝛ ꝓpriiſſime.

Quid ꝓprie ſit tēpus.

¶ Cū ergo tp̄s ſm oēs ſit mēſura reru3 tpaliu3 ꝛ motuū ꝛ quietū. illa res erit tp̄s per quā de duratione rerū tpaliū ꝛ duratione motuū ꝛ quietum certificamur. vt iſta poſſit eſſe deſcriptio indicās qd nois iſtius nois tp̄s. Tempus eſt mēſura oium reꝝ: de quaꝝ duratiōe poteſt itellect⁹ certificari per aliud magis notū ſibi.

Differētia menſure ſucceſſiui ꝛ mēſure pmanētis.

¶ Ad cui⁹ euidētiā ſciendum eſt ꝙ duplex eſt mēſura. Qñq3 enim aliqd dr̄ mēſura alicuius qñ de vna re notū eſt quāta ipſa eſt. ſ. qñ notū eſt ꝙ ipſa eſt pedalis vel bipedalis. ꝛ de alio ignorat̄ quāta eſt: q2 neſcit̄ an ſit pedalis vel ſemipedalis: ſed cū re ṗore ſcit̄ poſtea quāta eſt illa ṗus ignota. ꝛ iſta pōt vocari mēſura pmanētiū. ¶ Alia dr̄ eſſe mēſura qñ de aliq̄ re ſiue ſit notū quāta ipſa ſit ſiue ignotum. ſcit̄ tm̄ ꝙ mouet̄ vniformiter. ſ. equaliter per qd de alio ſiue ſit notū quātū eſt ſiue neſciat̄ quātum eſt pōt certificari ꝙ̄diu eſt. vel diu mouet̄ vel quieſcit. ꝛ iſta pōt vocari mēſura ſucceſſiuoꝝ. Et ſm hoc cum ſcitur qualiter res pmanēs mouet̄ ſcit̄ de alio ꝙ̄diu pmanet ſiue etiā durat: mouet vel quieſcit. ¶ Ex quibus p3 ꝙ nō eſt neceſſe ponere aliqua3 rem inherere ṗmo motui ad hoc ꝙ certificet̄ que res plus vel minus duret vel que diutius mouetur vel quieſcit. Ad hoc enim ſufficit motus. Si enim cōſideret̄ aliquod motu3 de quo ſcimus ꝙ eſt vniforme. hoc eſt. ſcim⁹ ꝙ tale motu3 ſemp vniformiter mouet̄. i. ſemp eq̄liter per hoc poterimus ſcire ꝙ vna res alia diuti⁹ vel minus diu mouetur vel quieſcit. ergo fruſtra ponit̄ alia res ꝛc.

Cap. quartū.

**P Redictis** cōcordat ratio phi. 4. huius. tex. cō. 101. ſiue diffinitio que talis eſt. Tēpus eſt nūs motus ſm prius ꝛ poſterius. Tunc enim certificamur per tempus de alijs motib⁹ iſtorū inferioꝝ: quādo eſt ordo inter prius ꝛ poſterius in motu vniformiter. hoc eſt qñ ꝯſideramus motu3 quod vniformiter eſt in tali loco ꝛ poſterius in alio p hoc ſcimus ꝙ̄diu mouet̄ illud qd ignoramus. Unde niſi cognoſceremus ꝙ mobile vniformiter prius eſt in tali loco ꝛ poſtea in alio: nunꝙ̄ poſſemus cognoſcere nec per ipm iudicare ꝙ̄diu aliquid mouet̄: quieſcit vel durat. ¶ Ex quo p3 ꝙ hoc poſſumus ſcire p hoc ſolum ꝙ ꝯſideramus ꝛ numeramus prius ꝛ poſterius in motu. Nō ergo oportet ponere aliquā re3 per cuius prioritatē ꝛ poſterioritatē debeamus numerare de quātitate alioꝝ motuū: qd phus declarās quō accipit̄ numerus in diffinitione tēporis. tex. cō. 102. dicit. Qm̄ autē numerus eſt duplex. ꝛ nāq3 qd numeramus ꝛ numerabile numerū dicimus: ꝛ quo numeramus quidē. tēpus aūt eſt qd numerat̄: ꝛ nō quo numeramus. eſt aūt alterū ꝛ quo numeramus ꝛ quod numerat̄. ¶ Ex quo colligit̄ ꝙ tempus eſt numerus numeratus. q2 eſt pars rei numerate. fruſtra ergo ponit̄ aliud a motu. ꝛ prius oſtēſum eſt ꝙ motus non eſt alia res a rebus pmanētib⁹. ergo nec tempus eſt aliqd accidēs inherens moto vel motui. Sed iſta ꝓpoſitio tēpus eſt mēſura aliarū reru3. debet intelligi per iſtam. per hoc ꝙ motu3 vniformiter mouet̄ certificamur quātum alie res durant mouentur vel quieſcunt.

Cap. quintū.

**E Xpremiſſis** p3 quō tēpus eſt ꝛ quō tēpus non eſt. Patet enim ꝙ tēpus nō eſt quodda3 cōpoſitu3 ex partib⁹ preteritis ꝛ futuris diſtinctū ſm ſe totū a pmanētib⁹: ꝛ ſufficienter ꝛ bene hoc ꝯuincunt rōnes phi poſite in principio capituli de tēpore. ꝓpter qd rōnibus illis nō rn̄det reputans ꝙ ſufficiēter demōſtrent cōcluſionē quā pretendūt. ſc3 ꝙ accipiēdo tēpus pro tali cōpoſito ꝙ non eſt: q2 nihil eſt tale cōpoſitu3. ¶ Item impoſſibile eſt ꝙ

Quō tēpus nō ſit.

aliqd

aliquod cōpoſitū in rerū natura exiſtens componaṫ
vere ⁊ realiter tan ꝗ̄ ex partibꝰ ſuis ex illis q̄ nō ſunt.
Cū ergo illud quod factū eſt non ſit. ⁊ ſimiliṙ illud
qđ futurū eſt non eſt: impoſſibile eſt ꝙ aliqđ ens exi/
ſtens in rerum nā ex talibus cōponaṫ. ⁊ ita ſic accipi
endo tp̄s nihil eſt tempus. hoc eſt nullū cōpoſituȝ ta
le eſt. ¶ Item qcqd vere ⁊ realiter cōponitur ex aliq
bus partibus ſi ip̄m totū eſt neceſſe ꝙ oēs partes vel
alique ipſius ſint imo neceſſe eſt ꝙ oēs partes illius
ſint. qꝛ impoſſibile eſt ꝙ illud qđ nō eſt ſit pars alicu
ius entis. nullum. n. ens cōponitur ex nō entibus. ſȝ
partes tēporis preterite ⁊ future nō ſunt. ergo ipoſſi/
bile eſt ꝙ tp̄us ſit tale compoſitū diſtinctū a rebus ꝑ/
manentibus ſm ſe totū. ⁊ ſic intelligendo tp̄us. tp̄s
Quō non eſt. ¶ Sed aliter intelligendo. tp̄s eſt. qꝛ iſta ꝓ/
tp̄us eſt positio breuis. tp̄s eſt. ponit loco iſtius ꝓpōnis lon/
ge. ¶ Aliqđ mobile moueṫ vniformiter qđ intelle/
ctus ↄſiderans ⁊ enumerans qn̄ prius alicubi nō eſt ⁊
poſtea eſt ibi ⁊ poſteriꝰ alibi certificari poteſt de alijs
ꝗ̄diu durant: vel moueṅt. vel qeſcūt. Sicut ergo ꝑ
iſtam orationē longam nō denotaṫ ꝙ aliqđ exiſtens
in rerum nā cōponatur ex nō entibus. ſed denotatur
ꝙ idē ſine nouitate exiſtēs coexiſtit prio vni ⁊ poſtea
alteri. ⁊ ꝑ hoc poſſumus ſcire ꝗ̄diu illa durant mo/
uentur vel qeſcunt. ⁊ ꝙ vna res diutius durat moue
tur vel qeſcit ꝗ̄ alia. ita ꝑ iſtam. tempus eſt. non de/
notatur aliquid eſſe in rerum natura exn̄s compoſi/
tum ex non entibus. ſed ꝙ ſic mouetur vniformiter.

Capitulum ſextum.

Cuius p Ex dicta pȝ ꝙ ꝗ̄uis poſſit ↄcediꝗ tp̄s
motꝰ nō eſt motus ſub iſto intellectu. ꝙ per
ſit tp̄us hoc ꝙ aliqđ moueṫ vniformiter pōt aliqs
certificari de diuturnitate rei non tn̄ eſt vlr
verꝫ ꝙ oē ꝑ quod ſic cognoſciṫ. ſ. ꝗ̄tum eſt: eſt tp̄us
illius motus: cū iſta res. ſ. tp̄s non pōt cōpetere cui/
cunqꝫ motui. Quia ꝗ̄uis ꝑ motū inferiorem diffor/
mem mēſuremus motū vniformē. Quia qn̄ quis co
gnoſcit horā diei ꝑ motū ſuū ⁊ exercitiū ⁊ cognoſcit
in quo ſitu in celo eſt ſol. ⁊ etiam ꝑ motū talem men
ſuramus alios motus. tn̄ hoc non poteſt fieri ꝑ certi
tudinem: nec competit ex nā rei. ſed magis propter
defectum aliquē. ideo non cuiuſlibet motus eſt tem/
pus. ſicut non qlibet pannus eſt vlna. ꝗ̄uis per pan
num poſſit certificari de aliquo ꝙ ſit vlna. Aliqs eni
ſciens quot vlnarū eſt pānus per illum pannum po/
teſt certificari de aliquo ligno vel virga ꝙ eſt vlna. ⁊
tamen ille pānus non eſt vlna. quia de natura ſua ha
bet magis ꝙ debet menſurari ꝗ̄ menſurare. ⁊ ita eſt
de motu vniformi reſpectu motuū difformium. quia
potius debet menſurare difformia ꝗ̄ menſurari ab
eis. Patet etiam ex eodem ꝙ iſti termini. motus. tē
pus. nō ſunt idem in diffinitione. hoc eſt. non habēt
eandem diffinitionē. ſicut licet in rei veritate lignum
aliquod idem ſit lignum ⁊ vlna. tamē iſti termini ha
bent diuerſas diffinitiones. ⁊ alicui competit diffini/
tio ligni cui non competit diffinitio vlne. ¶ Sic eti/
am alicui competit diffinitio motus: cui non compe
tit diffinitio temporis. Capitulum. vij.

p Patet ex iam dictis cuiṫ motui compe/ Quem
tit eſſe tempus. ſ. primo motui motum
primi mobilis vniformiter ⁊ velociſſime inſequiṫ
moti ꝗ̄uis per motuȝ ſolis poſſimus me/ tempus
tiri motum multarum rerum. tamē ratio ipſius ma/
gis cōuenit illi motui primo quia ꝗ̄tum eſt ex ſe ma
gis natus eſt certificare de alijs motibus ꝗ̄ motus ſo
lis. imo per illum motū natus eſt intellectus certifica
ri de motu ſolis ⁊ aliorum planetaruȝ. ergo tempus
eſt paſſio primi motus. ſicut mēſurabile eſt paſſio vl
ne. ⁊ riſibile hominis. ſicut nō obſtante ꝙ homo ve/
re ⁊ realiter ſit riſibilis. ⁊ tamē dicimus ꝙ riſibile eſt
paſſio hominis. ita poſſumus diceṙ ꝙ motus primꝰ
eſt tempus. ⁊ tn̄ tempus eſt paſſio primi motus. quia
tales propoſitiones que videntur repugnare verificā
tur per diuerſas ſuppoſitiones terminorum ſicut in
iſta. homo eſt riſibilis: termini ſupponunt perſona/
liter ⁊ ſignificatiue. In iſta autē. riſibile eſt paſſio ho
minis. iſte terminus homo ſupponit ſimpliciter vel
materialiter. Denotatur. n. ꝙ riſibile predicatur per
ſe de homine in ſecundo modo dicendi ꝑ ſe. non pre
dicatur autē niſi conceptus vel vox. ergo ⁊c̄. Simi/
liter eſt hic: motus primus eſt tempus: termini ſup/
ponunt ꝑſonaliter ⁊ ſignificatiue. quia ꝑ iſta nō plus
denotatur niſi ꝙ mobile primum ⁊ vniformiter ⁊ ve
lociſſime mouetur. ꝑ quod poteſt intellectus certifi/
cari de alijs ꝗ̄tum durant. mouentur: vl̇ quieſcunt.
In iſta autem. tempus eſt paſſio primi motus. termi
ni ſupponūt ſimpliciter vel materialiter. Denotatur
enim ꝙ predicatur tempus ꝑ ſe ſecūdo modo de mo
tu primo. quod vtiqꝫ verum eſt. ſicut menſura predi
catur ꝑ ſe de vlna vel de aliquo tali. talia enim reſpe/
ctiua predicantur de alijs que non ſunt reſpectiua ad
illa quorum ſunt ꝑ ſe ſecundo modo. vel ꝑ accidens
⁊ non ꝑ ſe primo modo. Patet ergo ex dictis ꝙ tem
pus non eſt aliqua res alia a primo motu. quia ꝑ pri
muȝ motū omni alio circunſcripto ſcimus de tempo
ralibus ꝗ̄diu durant: mouentur vel quieſcant. Et ta
men tempus ⁊ primus motus differunt diffinitione.
qꝛ tempus importat aiaȝ que debet certificari. ⁊ alias
res de quibus debet certificari. ⁊ ita nō importat niſi
res permanentes ꝗ̄uis importet aliquas illarum re/
rum permanentium moueri. ¶ Ex quibus patet qđ
eſt tempus ⁊ quomodo eſt tempus ⁊ quomodo nō.

Capitulum octauum.

u Viſo quid eſt tempus: vidēdum eſt qđ Sermo
eſt inſtans. ¶ Circa qđ dico ꝙ in de eē in
ſtans non eſt res ſtatim deſinens eſſe in re/ ſtantis
rum nā. ſed inſtans non eſt aliud ab ipſo
primo mobili. Vn̄ ſicut mutatū eſſe ſiue mutatio nō
eſt aliqua res ſtatim deſinēs eſſe. ſicut prius dictū eſt:
ſed iportat mobile alicubi exiſtens vbi prius non erat
imediate ante. Ita inſtans non eſt niſi primum mo/
bile exiſtens alicubi ſm ſuas partes vbi non erat ante
imediate. vt hoc nomen: inſtans: non dicat niſi pri/
mum mobile exiſtens in tali loco vbi prius non erat
imediate ante nec imediate poſt erit. vt ſicut cum dici
mus: hō eſt in tali locutiōe. vel hoc nunc eſt albuȝ nō

importatur plus niſi ꝙ hoc eſt album quãdo primũ mobile eſt alicubi vbi prius non erat nec poſtea erit. ⁊ hoc intelligenduʒ eſt ſemper imediate. Et ideo eſt conuenientior ſm proprietatem ſermonis modus loquendi per hoc aduerbiuʒ: nunc ſicut fecit Ariſt. 4. phy. per hoc volens nobis innuere ꝙ preter primuʒ mobile in loco determinato ⁊ alias res permanentes que per tempus durant: nunc non eſt aliqua res deſinens eſſe ſtatim. ¶ Et ad hoc vadunt rationes phi. Prima. n. probat ꝙ nõ ſint duo nunc ſibi inuicẽ ſucceſſiua. ita. ſ. ꝙ vna res deſtruaꝛ ⁊ alia ſibi ſuccedat. quia ſi illa res corrũperetur: aut corrũperetur in iſto nunc. aut in alio. non in iſto. quia tũc eſt nec in alio. q2 cum vnũ nunc non ſit imediatum alteri: ſequereꝛ ꝙ idem nũc ſit prius in illis que ſunt media. ⁊ ita duraret per tempus. Sic ergo patʒ ꝙ non eſt ibi aliqua res que vere ſit corrupta deſinens eſſe, ſed ibi eſt primum mobile quod exiſtens alicubi ſm partes deſinit eſſe ibi ⁊ eſt alibi: eo ꝙ mouetur cõtinue. Nec moueat aliquem: quia dico ꝙ primũ mobile eſt alibi vbi prius non fuit. Quia hoc poteſt habere intellectum duplicem ſicut oſtendetur quando dicetur de loco: ⁊ ſub illo intellectu ibidem exprimendo intelliguntur oĩa talia verba. ¶ Secunda ratio phi. probat ꝙ non eſt idem nunc ſemper permanens. hoc eſt ꝙ nõ manet in eodem loco primũ mobile. Tunc eni que ſunt ⁊ que fuerunt ante milleſimuʒ annuʒ eſſent ſimul. ⁊ ita ſequitur ꝙ illud non coexiſtit cuicunqʒ contradictioni. cuius vtraqʒ pars ſucceſſiue verificaꝛ. ⁊ ꝓpter ea dicit phi. 4. huius. tex. cõ. 104. ipſum autẽ nunc eſt ſicut idẽ: eſt vero ſicut non idem. Uult dicere ꝙ inſtans ſit idẽ numero. hoc eſt. nõ ſunt diuerſe res quarum vna alteri ſuccedat. Eſt vero ſicut non idẽ. hoc eſt. mobile in diuerſis locis coexiſtit. propter quod dꝛ primo vna res nunc eſſe. poſtea alia res diciꝛ tunc eſſe. ita ꝙ quãdo mobile exiſtit in vno loco: verũ eſt dicere de vna re nunc eſt: ⁊ poſtea de alia re veruʒ eſt dicere ꝙ tunc eſt. ⁊ ita eadem res eſt non variata ꝗ̃uis ſit alibi ⁊ alibi. ⁊ hoc eſt quod phi. concludit in codẽ textu. Eſt qdem igitur ſicut idẽ ipſuʒ quod nũc dicitur ſemper eſt aut ſicut non idem. ⁊ nãqʒ eſt ſimiliter quod fertur. hoc eſt mouet localiter. ſicut quod fertur ſurſum. hoc eſt. idem eſt ſm ſubſtãtiam. ⁊ tamen eſt alibi ⁊ alibi ſucceſſiue. propter qđ hʒ diuerſa eſſe. hoc eſt diuerſa predicabilia de eo verificanꝛ. Et ita res importata per hoc nomẽ. inſtãs. eſt eadẽ ſemper non variata in ſua ſubſtãtia. ⁊ tñ illa res variatur ſm locuʒ. hoc eſt. ſucceſſiue eſt in diuerſis locis propter quod ſm prius ⁊ poſterius ſucceſſiue de eodem vel diuerſis dicitur nunc eſſe. Et hoc intelligit phy. quando dicit. inſtans vel nunc eſſe aliud ſm eſſe.

Capitulum. nonum.

Obiciꝛ ꝯ dicta ꝙ tpũs non ſit motus

a P maiorez euidentiam predictorũ ponende ſunt aliqʒ obiectiões. Primo eni videtur ꝙ tempus nõ ſit motus. ⁊ hoc ꝓpter rationes phy. ꝑ quas probat ꝙ tẽpus nõ eſt motus circularis ſiue circulatio: q2 quelibet pars tpis eſt tps. ſed non quelibet pars circulationis eſt circulatio. ergo tps ⁊ circulatio prima non ſunt idem ⁊ per cõſequens circulatio non eſt tẽpus. nec econuerſo. ¶ Item ſi motus eſſet tempus. ergo ſi eſſent plures celi primi eſſent plures motus primi. ergo eſſent plura tempora. quod eſt inconueniens. ¶ Item motus ⁊ mutatio tñ ſunt in ipſo mutato vl moto. ſed tempus eſt ſimul vbiqʒ ⁊ apud omnes. ergo tempus non eſt motus nec mutatio. ¶ Item motus eſt velox vel tardus. ſed tẽpus nec velox nec tardus. ergo ⁊c. minor patet. quia velox ⁊ tardum certificantur tẽpore ⁊ etiaʒ diffiniuntur. Uelox enim eſt qui in paruo tẽpore multũ mouetur. Tardus qui in multo tẽpore pertranſit paruʒ. ſed tempus nec diffinitur nec determinatur tẽpore ſiue certificaꝛ. ergo tẽpus nec eſt velox nec tardus. Unde ꝯcludit phi. tex. cõ. 97. Quod qdem. ſ. rõne tẽpus nõ ſit motus: manifeſtum eſt. ¶ Item phi. poſtꝗ̃ inueſtigauit naturam temporis ⁊ concluſit diffinitionẽ temporis. ſubdit. (t. c. 102) non ergo motus tẽpus eſt ſi ſm ꝙ mouet hʒ tempus motus. ¶ Item Cõmen. dicit ꝙ tẽpus non eſt motus ſed numerus motus ergo ⁊c. ¶ Itẽ nihil ſequitur ſeipſum. ſed tẽpus ſeqtur motũ ſm phi. ſeqꝛ autem magnitudineʒ motus. ¶ Item nulluʒ tẽpus mẽſuraꝛ tempore. ſed aliqs motus eſt tempus ꝑ predicta. ergo aliquis motus non mẽſuratur tempore. cõſequens eſt falſum. ergo ⁊c. ¶ Ex omnibus ergo dictis videtur ꝙ nullus motus ſit tẽpus.

Contra dicta de inſtanti

¶ Itẽ ꝙ inſtans nõ ſit ipſa ſbã mobilis videtur. quia ſi eſſet ſubſtantia mobilis nullo mõ eſſet aliud ⁊ aliud inſtans. qđ eſt ꝯ phi. ¶ Item mutatio eſt in inſtanti. ſed mutatio non eſt in ſbã primi mobilis. ergo ⁊c. ¶ Item mutatio menſuratur in inſtanti ⁊ non menſuraꝛ ſubſtantia primi mobilis. ¶ Item phi. 4. huius dicit ipſum nunc idem eſſe quod forte erat: eſſe aũt ipſius alterum eſt. (t. ꝯ. 103) De iſto autẽ eſſe quero. q2 aut eſt aliquid aut nihil. ſi nihil ad nihil eſt vtile tempori. ſi eſt aliquid ⁊ eſt alteruʒ ⁊ ſubſtantia primi mobilis non eſt altera. ergo nunc eſt aliquid preter ſubſtantiam primi mobilis. ¶ Item arguo per rationẽ phi. in principio ca. de tempore. Quia nullius diuiſibilis eſt tñ vnus terminus. ſed inſtans eſt terminus temporis. ⁊ tempus eſt diuiſibile. ergo ſunt illic plura inſtãtia. ſʒ non ſunt plures ſubſtantie primi mobilis. ergo ⁊c. ¶ Item ſʒ phi. illud quod fertur ſeqtur ipſuʒ nũc. ſed nihil ſequiꝛ ſeipſum. ergo quod fertur non eſt ipſum nunc. nec econuerſo. ¶ Itẽ nunc eſt terius temporis. ⁊ cõtinuat preteritũ cũ futuro. ſed iſta non cõpetunt mobili. Unde dicit phi. ipſum autẽ nunc eſt continuatio temporis. ſicut dictum eſt continuat preteritum ⁊ futurum. ⁊ terminus temporis eſt. eſt autem huius quideʒ principiũ: illius vero finis. ¶ Itẽ poſtea ſubdit quoniam ipſum nunc finis ⁊ principiuʒ temporis non eiuſdem: ſed eſt preteriti quidem finis principium autem futuri. Ex quo patet ꝙ motus nõ eſt ſubſtantia primi mobilis cum non ſit nec preterita nec futura. nec nunc eſt ſubſtantia primi mobilis. cũ iſta non ſit finis preteriti nec principium futuri.

Capitulum decimum.

Ad

a Ad ſolutionē predictaꝝ rōnum notandū eſt ꝙ ſicut de motu oriunt̄ multe difficultates propter modū loquendi: q̄r .ſ. pp varietatē eloquij frequēter vtunt̄ hoīes hᵒ noīe. motᵒ. ⁊ diutius hoc verbo mouetur. ita eſt de tpe ꝙ ppter hoc ꝙ vtunt̄ hoc nomine tempus. credunt multi ꝙ vna res aliqua abſolute ſine cōnotatione ⁊ relatione importet̄ hoc noīe tempus. ad modum quo hō ſignificat omnes hoīes. ⁊ albedo ſignificat albedinē. quod nō eſt veruꝫ. Et ideo illi qui dubitant de aliqua propoſitiōe in qua ponit̄ hoc nomen. tēpus. ponant loco illius hanc totam orationem. Aliqd mouetur velociſſime ⁊ vniformiter qḋ quidē intellectus cōſiderans poteſt certificari ꝙ̄diu aliquid durat. mouetur vel quieſcit. Et loco iſtius. tempus eſt continuū. debet poni iſta oratio. aliquid ſine quiete mouet̄ vniformiter ⁊ velociſſime. Et ſic de ſimilibus eſt intelligendū. q̄r vtimur hoc nomine tēpus: pro longa oratione. ⁊ interdū vtimur propoſitione breui pro longa propoſitiōe cōpoſita ex alijs terminis ꝙ̄ ſint illi qui ponunt̄ in propoſitiōe breui. Et ideo tales propoſitiōes breues exponende ſunt ꝑ alias longas. ⁊ ꝑ illas que magis proprie ſunt ⁊ planiores iudicandū eſt de alijs. Et hoc quidē valde vtile eſt ad ſaluandū dicta auctoꝝ. que aliter ſaluari nō poſſent. quod quidē omittentes ⁊ volentes ꝙ omne nomē determinate ſupponat pro aliqua re: admodū quo album ⁊ homo ſupponunt habent ꝯcedere multas propoſitiōes ab antiqs negatas. ſ. ꝙ motus eſt in inſtanti. ⁊ econuerſo qḋ veruꝫ eſt. quia quecunq̄ res vna exiſtens in reruꝫ nā importata ꝑ hunc terminū. motus illa vere eſt in inſtanti. que vere eſt quādo mobile primuꝫ eſt in aliquo loco certo ⁊c̄. Similiter debent dicere ꝙ mutatuꝫ eſſe eſt diuiſibile. q̄r quecunq̄ res detur que ſit mutatuꝫ eſſe illa vere eſt diuiſibilis. ⁊ huiuſmodi que tamē ab auctoribus antiquis negātur. Iſtos aūt non reputo diſcedere ab intentiōe phi. ſed a modo loquendi. Et forte modus eoꝝ eſſet vtilior cōitati maxime ſimplicibus ꝙ̄ alijs. Qualiter autem tales ꝓpoſitiōes poſſūt exponi poterit diligens lector ex eis que ſubdentur ꝯcipere. Sicut aūt propoſitiones habentes illud nomen tempus: exponende ſunt. ita orationes in quibus ponitur hoc nomen. inſtans. exponende ſunt. ſicut iſta. inſtans eſt. eſt exponenda ꝑ iſtam. aliquid qḋ mouet̄ velociſſime ⁊ vniformiter eſt in aliquo loco determinato ⁊c̄. ⁊ ſic exponende ſunt ſimiles ſicut inferius oſtendet̄. ¶ Sꝫ notandū eſt. ꝙ ꝙ̄uis poſſet concedi ꝙ motᵒ primus eſt tēpus. tamen ꝓpōnes in quibus ponit̄ hoc nomen tēpus exponende ſunt ad hoc ꝙ propriiſſime ⁊ certiſſime ſine ambiguitate explicet̄ intellectus earū. ſicut ꝓpoſitiones in qbus ponit̄ iſte terminus: motus: exponende ſunt. Et ita ꝙ̄uis poſſet concedi hec mutatuꝫ eſſe primi mobilis eſt in inſtanti: tamen ille in quibus ponitur hoc nomē. inſtās. exponēde ſunt. ſicut ille in qbus ponitur iſte terius. mutatū eſſe. vel mutatio. ¶ Qualiter autem fiat: viſum eſt partim ⁊ inferius declarabitur ⁊c̄.

Capl̄m. xi.

i Stis ſuppoſitis rn̄dendū eſt ad rōnes. Ūn dico ꝙ phi. nō intēdit īprobare iſtā ꝯclonēꝫ. ¶ Motus primus nō eſt tp̄s. nec ꝑ ꝯn̄s iſtā. motus nō eſt tp̄us. nec econuerſo. ſed intendit ꝓbare iſtaꝫ ꝯclonē. ¶ Motus primus ſiue circulatio nō ſunt cū tpe idē diffinitione. Sil̄r iſtam. tp̄s. ⁊ motus nō ſunt ideꝫ diffōne. hoc eſt. nō hn̄t eandē diffōnem. Et iſta fuit opi. Ari. q̄r ſicut patebit in rn̄dendo ad rōnes hoc ſolum ꝓbāt rōnes phi. ⁊ non aliud. ¶ Unde ad primū dico ꝙ talis forma arguēdi nō valet. Quelꝫ pars tpis eſt tp̄s. quelibet pars circulatiōis nō eſt circulatio. ergo circulatio nō eſt tp̄s. ſed ſeqtur. ergo tp̄us ⁊ circulatio nō ſunt idem diffōne. hoc eſt: nō habent eandē diffōnem. vel ꝙ aliqd importat̄ ꝑ tempus. qḋ non importatur ꝑ motū: vel eodem mō ꝑ circulationē. vel ecōuerſo. Unde ꝙ talis modus arguēdi non valeat. ſ. q̄libꝫ pars tpis ⁊c̄. pꝫ ꝑ infinitas inſtantias. Nam ꝑ talem modū arguēdi probantis ꝙ circulatio nō eſt primus motus ſic arguēdo. quelibet pars tpis eſt tp̄us. nulla pars circulationis eſt circulatio. ergo ⁊c̄. etiaꝫ teneret in alia forma. vbi tn̄ premiſſe ſunt vere ⁊ ꝯcluſio falſa. ſicut: nō ſeq̄t. quelꝫ pars corpis eſt corpus. nulla pars corporis rotundi eſt rotunda. ergo rotundum nō eſt corpus. etiam ꝑ infiita exempla pꝫ ꝙ talis modus arguēdi nō valet. ſicut non ſeqtur. quelꝫ pars corporis eſt corpus. ſed nō quelꝫ pars pedis eſt pes. ergo pes nō eſt corpus. Sic ergo intēdit phi. ꝓbare ꝙ aliqd importat̄ ꝑ motū qḋ nō importat̄ ꝑ tp̄s ⁊ ecōuerſo. ⁊ hoc vtrūq̄ veꝝ eſt. qua ꝑ primū motuꝫ importat̄ ſiue ꝑ circulationē precise totus motᵒ ⁊ nō pars. ꝑ tp̄s aūt importat̄ tam pars motus ſiue circulationis ꝙ̄ totū ſit̄. cuꝫ hoc ꝑ tp̄s importat̄ aīa ⁊ motus ⁊ alia de qbus aīa debet certificari ꝑ tēpus. Sil̄r ex hoc ꝙ iſta ſit vera. quelꝫ pars motus eſt motus. ⁊ ſil̄r iſta. quelibet pars circulationis nō eſt circulatio. ſeqtur ꝙ aliqd importat̄ ꝑ motum qḋ non importat̄ ꝑ circulationē. ⁊ ſic de alijs ſimilibus ꝓdictis. Et ita pꝫ euidenter ꝙ ꝑ iſtā rōnem nō intendit ꝓbare niſi ꝙ iſti teri non ſunt idē diffōne: ⁊ aliqd importet̄ ꝑ vnū qḋ non importat̄ ꝑ reliquū vel ſaltē eodem mō. Sꝫ adhuc obijcies. quia ſm phi. 4. huius tex. cō. 98. Quicunq̄ ꝯcipit tp̄us ꝯcipit motum. ſed quicunq̄ ꝯcipit tp̄us nō ꝯcipit primū motū. ergo primus motus nō eſt tp̄s. maior pꝫ. q̄r dicit. Simul. n. motᵒ ſentimus ⁊ tēpus. hoc eſt ſimul accipit̄ vel apprehendit̄ terius motus ⁊ tempus qḋ ꝓbat ex hoc: ex quo etiam ſeqtur ꝓbatio minoris. dicit. n. Etenī ſi ſint tenebre ⁊ nihil ꝑ corpus patiamur. motus autē qdam in aīa fit ſubito ſimul fieri quoddā tempus. at vero tēpus videtur fieri aliquod ſimul ⁊ motus fieri aliqs videt̄. quare aūt motus aliquid eſſe ipſum. ¶ Ad euidentiam iſtius eſt ſciendū ꝙ quādo aliquid ꝯcipitur cognitione ꝓpria. ſed tn̄ compoſita. ſ. quādo hētur conceptus cōplexus in aīa proprius alicui tn̄ q̄libet pars competit ſibi ⁊ alij. ¶ Sicut aliqs habens iſtius propoſitionis conceptuꝫ. ternarius eſt numerus impar: habet conceptum propriū de trinario: ꝙ̄uis quelibet

Sermo in ſolutiōe obiectorum

Que ſit vis rōnis Ari. ꝓbātis circulationem nō eſſe tp̄s

T. c. 97

pars competat ſibi alij. ¶ Et quādoq; eſt hoc poſſi/
bile quāuis neſciat talis cui talis conceptus eſt propri
us imo eſt poſſibile quāuis neſciat vtrum talis conce
ptus ſit de aliquo. Nunc autē iſte conceptus: motus
velociſſimus ⁊ vniformis cōuenit primo motui. qui
primus motus eſt tempus. ⁊ poteſt aliquis iſtum cō/
ceptum habere quāuis neſciat quis vel qd eſt iſte mo
tus velociſſimus ⁊ vniformis. Immo hoc etiaz eſſet
poſſibile quāuis dubitaret vel crederet ꝙ nullus eēt
talis. Iſte enim conceptus occurrit intellectui quan/
do intellectus vult certificari de quātitate alicuiꝰ mo
tus vel quietis. Qui enim vult certificari quantū mo
uetur: durat vel quieſcit: aliquod ſtatim format natu
raliter iſtum conceptuz dicendo in anima. ꝙ ſi ſim/
pliciter eſſet motus velociſſimus ⁊ vniformiſſimus:
illud quod mouetur duz illud mobile plus mouere
tur: diutius moueretur. ⁊ ita generaliter naturaliter
formaret intellectus iſtum conceptuz quandocunq;
vult per tempus aliquid menſurare. ⁊ ita quicūq; ꝑ/
cipit tempus percipit motuz. ⁊ non ſolū percipit mo
tum: ſed etiam primū motum. hoc eſt: habet conce/
ptum propriū primo motui. ſ. iſtum. motus velociſ
ſimus ⁊ vniformis. ¶ Et propter hoc dicit phi. Si/
mul eni motū ſentimus ⁊ tempus. hoc eſt: quādo ali
quis vult aliquid mēſurare ꝑ tempus ꝑcipit motuz ⁊
tpˢ. ⁊ motuz ſine diſtinctione motus. ⁊ non tantum
motuz in cōmuni: ſed etiam primuz motuz. Unde ſi
ſint tenebre ⁊ nihil per corpus patiamur. ⁊ ita nullū
motū videamus per falſuz ſed tamē eſt motus in ani
ma. hoc eſt. anima habet conceptuz motus. qui con
ceptus ſubito forte fit in aia. ſed ſi ſimul cū hoc vult
certificari q̄tum durat mouetur vel quieſcit: aliquid
videtur fieri quoddā tempus. hoc eſt: habetur cōce/
ptus proprius tēporis. ⁊ ſimiliter cōceptus videt̄ fie/
ri. hoc eſt: cum aia habet conceptuz temporis ⁊ mo/
tus videt̄ fieri aliquid. hoc eſt. habet ſimul conceptū
motus. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ tempus eſt aliqd ipſi/
us motus. hoc eſt. eſt aliquod predicabile de motu ⁊
iportans motū. ſicut riſibile eſt aliquid hois. quia eſt
propria paſſio eius. Et ideo ſicut iſta ſtant ſimul. hō
eſt riſibilis. ⁊ riſibile eſt aliquid hois. ita iſta ſtant ſi/
mul aliquis motus eſt tempus. ⁊ tñ tempus eſt aliqd
ipſius motus. quia eſt paſſio ipſius motus primi. eo
ꝙ ꝑ hoc nomen. tēpus. importatur aliqd quod non
importatur ꝑ hoc nomen. motus. ſicut ptz ꝑ diffini/
tionē exprimentez quid nois eius. ¶ Ad ſecundum
dico prio: ꝙ illa ratio equaliter probat ꝙ primus mo
tus nō eſt tempus. ⁊ ꝙ tēpus non eſt aliquod accñs
in motu primo nec in primo mobili. Sicut. n. infert̄
ex hoc ꝙ primūs motus eſt tēpus: igit̄ ſi ſint plures
celi plura tpa. eo ꝙ ad multitudinē celoruz ſequetur
multitudo motuuz. Eadem ratione ſequit̄ ſi plures
ſunt celi. ergo plura erunt tēpora. q: ad multitudinē
motuz ſequetur multitudo paſſionū ſeu accidentiū.
ergo ſi tempus ſit accidens primi motus nō poſſunt
eſſe plures motus primi: niſi eēnt plura tempora ſi/
cut ſi ſint plures homines erunt plura riſibilia. Nec
valet dicere ꝙ tempus eſſet accidens vnius celi ⁊ nō
alterius. quia ſi celi ſunt eque primi: nō eſt maior ra/
tio ꝙ tempus ſit accidens vnius motus celi q̄ alteri
us. Dico igitur ꝙ phus probat ꝙ non quelibet circu
latio eſt tēpus. ſed tñ circulatio prima. ⁊ ideo ſi eſ/
ſent duo celi eque primi ⁊ plures motus primi: in rei
veritate eſſent plura tēpora illa tamen eſſent vnuz ꝑ
equiualentiā tñ. hoc eſt. non plus facerent ad men/
ſurandum illa duo tempora q̄ vnum tñ. ſed illud
tñ eſſet ab omnibus apprehenſibile. Sicut ſi aliqs
volens menſurare aliquid acciperet plures vlnas in
rei veritate eſſent plures vlne quāuis vna tñ per eq/
ualentiam. hoc eſt. faceret ſibi vna tantū quātuz due
ad menſurādum. Aliud exēplum pōt poni de loco
q: poſito ꝙ aqua ⁊ aer ſimul locarent aliqḋ corpus.
ita ꝙ aqua ⁊ aer eſſent ſimul indiſtantes loco ⁊ ſitu.
illud corpus in rei veritate eſſet in duobus locis. q:
non eſſet maior ratio quare eſſet in aere q̄ in aqua. ⁊
ecōuerſo. ⁊ ita vel eſſet in vtroq; vel in nullo. ⁊ tamē
diceretur eſſe in vno loco. q: ad hoc ꝙ corpus ſit in
loco non plus requiritur aqua ⁊ aer q̄ vnum ſoluz.
Et ſic ſi per impoſſibile plures eſſent motus pˢmi eſ/
ſent plura tempora ſiue tempus ponatur pˢmus mo
tus ſiue accidens primi motus. tamen eſſet vnuz per
equiualentiaz modo dicto. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ qñ
phs dicit ꝙ tēpus eſt ſimul vbiq; ⁊c. non intendit ꝙ
realiter ſit apud oia illo modo quo motus localis il
lius corporis eſt realiter vbi eſt corpus. ſed intēdit ꝑ
iſtam ꝓpōnem: tēpus eſt vbiq; apud omnia. dicere
iſtam. tēpus eſt id per qḋ omnia quecūq; menſurabi
lia ſunt quantuz ad durationē motuuz ⁊ quietū poſ/
ſunt menſurari. ita ꝙ tēpus dicit̄ eſſe in terra ⁊ in ma
ri. quia omnia que ſunt in mari ⁊ in terra poſſunt tē
pore menſurari. Ex quo ſequitur ꝙ non omnis mo
tus eſt tempus. q: non quilibet motus eſt id per qḋ
omnia que ſunt in terra ⁊ mari poſſunt menſurari.
Sed motus pˢmi mobilis eſt id per qḋ oia que ſunt
in terra ⁊ mari poſſunt mēſurari. Sed nunquid de
beat concedi ꝙ motus primus eſt in terra ⁊ in ma/
ri. ſicut concedit̄ ꝙ tempus eſt in terra ⁊ in mari cuz
motus primus ſit tempus. Dico ꝙ iſta ⁊ ſimiles ſunt
queſtiones ſophiſtarum qui ignorant modos loquē
di improprios quibus auctores frequenter vtuntur.
Unde nō eſt modus loquēdi ꝙ motus primus ſit in
terra ⁊ mari. ſ; ꝙ tempus eſt in mari ⁊ terra. ⁊ ideo
vnum concedit̄ ⁊ non reliquum. Et ideo in iſto ſo/
phiſmate tempus eſt in terra. motus primus eſt tem
pus. ergo motus primus eſt in terra eſt fallacia am/
phibologie. q: maior improprie accipit̄. ¶ Ad 4ᵐ
dico q̄ illud probat ꝙ non omnis motus eſt tēpus.
⁊ ꝙ motus ⁊ tempus habent diuerſas diffinitiones.
Ex hoc enim ꝙ vnus motus eſt velocior alio: ⁊ vnū
tempus non eſt velocius alio. ſequitur ꝙ motus ⁊ tē
pus non ſunt adequate ⁊ conuertibiliter idem. ⁊ ꝙ
non omnis motus eſt tempus: ⁊ hoc concedo. Un/
de ſicut non ſequitur. vnum lignum eſt longiꝰ alio.
ſed vlna non eſt longior alia vlna. ergo vlna non eſt
lignum. ita nec alia conſequentia valet. probat enim
philoſophus ꝙ non omnis motus eſt tempus ⁊ ꝙ
differāt

differunt diffinitiōe. ⁊ ideo de rigore modi loquendi nunquā poteſt cōcedi ꝙ tempus eſt velox vel tardū. Dico igitur ꝙ de virtute ſermōis ſm principia phi. poteſt concedi ꝙ tempus eſt velox. quia tempus eſt velociſſimus motus. ſed non debet ꝯcedi ꝙ tempus eſt tardum nec ꝙ vnū tempus ſit velocius alio: Sicut nec motus primus ſit velocior primo motu. Et quando dicitur ꝙ velox ⁊ tardū diffiniuntur tempore. ¶ Dico ꝙ veruꝫ eſt ꝙ diffinitur motu primo. illud enim eſt velocius quod dum mouetur a tali puncto ad talem punctū mobile primuꝫ plus mouetur. ⁊ illud tardius: quod dum mouetur mobile primuꝫ minus mouetur. ¶ Et ſi dicas ꝙ tempus poteſt haberi de motu aliquo an ſit velocior alio per aliuꝫ inferiorem. dico ꝙ veruꝫ eſt. ſed non ita certitudinaliter. nec a tot. nec ita bene ⁊ faciliter a cōmunitate: maxime ſi motus ſit primus. Unde ille motus erit tempus ⁊ non alius. qui motꝰ magis certificat quācunqꝫ rem ⁊ totam cōmunitatem certificare habet de alijs quantuꝫ durant: mouentur vel qeſcunt. ⁊ omnes iſte conditiones competunt primo motui. ¶ Ad quintum dico ꝙ phy. intendit ꝙ motus non eſt tempus. ſ. conuertibiliter. hoc eſt ꝙ motus ⁊ tempus nō conuertuntur: nec habent eandem diffinitionē. ¶ Per hoc ad aliud dico ꝙ nec eſt conuertibiliter tēpus motus nec ſine motu: qꝛ eſt realiter primus motꝰ. ¶ Et ad Com. dico ꝙ non omnis motus eſt tempus. nec etiam ſemper motus eſt tempus. quia motus primus non eſt actualiter tempus niſi quando partes numerantur. hoc eſt: niſi quando intellectus comprehendit ꝙ primuꝫ mobile primo eſt in hoc loco ⁊ poſtea in alio. ¶ Ad aliud dico ꝙ tempus non ſeqtur motum ſicut res inherens ſibi ſed dicitur ſequi motum quia predicatur per ſe ſecundo modo de primo motu. ¶ Dico etiam ad aliud ꝙ motus totꝰ primus nō menſuratur tempore. ſed motus inferiores tempore menſurantur. ⁊ ipſi tempore diſtinguuntur. Similiter ⁊ magna pars primi motus menſuratur tempore quia paruo motu vel parua parte temporis. quia magna pars motus vel tēporis ſolum menſuratur parte parua tēporis vt tota dies menſurat hora. quia ſcitur ꝙ in hora tranſit tm̄ vel tm̄ ſpaciū ſignatus punctus ⁊ ꝑ conſequens q̄tum ꝑtranſeatur vna die. ⁊ ſic hora menſurat totum diem. hoc eſt qn̄ primum mobile tranſit ab vno puncto ad alium non ſiſtit ſed mouet̄ adhuc iterum ⁊ tertio ⁊ quarto. ⁊ ita idem non menſuratur ſeipſo. ſed ſic ꝙ primū mobile tamdiu mouetur per quod ſcitur ꝙ mouetur ab vno puncto ad alium punctum.

Capitulum. xij.

Soluit ad obiecta de inſtanti

POſtquā ſolute ſunt rōnes qbus ꝓbatur ꝙ tpus eſt alia res a motu: nunc ſoluēde ſunt rōnes qbus ꝓbatur ꝙ inſtans eſt alia res a primo mobili. ¶ Unde ad primū dico ꝙ inſtās nō eſt aliud ⁊ aliud ſic ꝙ ſunt diuerſa inſtantia que ſint diuerſe res totalit̄ ſed ſub iſto intellectu pōt concedi ꝙ inſtans eſt aliud ⁊ aliud. hoc eſt. ꝙ primū mobile eſt ſucceſſiue in diuerſis locis ⁊ alibi ⁊ alibi. ita ꝙ primū mobile ſm diuerſas partes ſuas nūc eſt hic ⁊ nunc alibi. ¶ Ad aliud dico ꝙ iſta propoſitio. mutatio eſt in inſtāti. conceditur ſub iſto ſenſu: qn̄ aliquid ſubito mouet̄: tunc quicqd acquirit ſubito acquirit: ita ꝙ non eſt aliquid prius ⁊ aliquid poſterius acquiſitum. ita ꝙ iſta ꝓpō. mutatio eſt in inſtanti. intelligitur per illam aliā longam ⁊ recipitur iſte modus loquendi. mutatio eſt in inſtanti. ⁊ nō iſte. mutatio eſt in ſba primi mobilis. ſicut illa motus eſt in tempore. ⁊ nō iſta motꝰ eſt in primo mobili: nec iſta. motus eſt in aliquo accidente primi mobilis. Unde idem argumentuꝫ eſt cōtra alios qui ponunt inſtans eſſe quoddā accidens primi mobilis ⁊ tempus eſſe quoddaꝫ accidens primi motus. ¶ Nā arguo ſic. Mutatio nō eſt in aliquo accidēte primi mobilis. mutatio eſt in inſtanti. ergo inſtās nō eſt accidēs primi mobilis. Et ſic motus nō eſt in aliquo accidente primi motus. motus eſt in tempore. ergo tempus non eſt accidens primi motus. Tales ergo modi loquendi recipiuntur. motus eſt in tempore. mutatio eſt in inſtanti. ⁊ non tales motus eſt in aliquo accidente primi motus. motus eſt in aliquo accidente exiſtente in primo motu. mutatio eſt in primo mobili. ⁊ ideo modus arguendi ex talibus. mutatio eſt in inſtanti. ⁊ vniuerſaliter ex his que ſunt improprie cauſant fallaciaꝫ equiuocationis vel amphibologie: ⁊ iudicanduꝫ eſt de eis ⁊ de argumentis in quibꝰ ponuntur per illas que per eas intelligūtur. Et ideo ſicut non ſequitur qn̄ aliquid mutatur totum ſimul acquiritur. Duꝫ primū mobile eſt in aliquo determinato ſitu. ſed mutatio nō eſt in ſba primi mobilis. ergo inſtans eſt alia res. qꝛ ſemp eſt licitū propoſitionē que per aliā intelligitur poni loco ipſius. ¶ Et ꝑ idē ad aliud dico ꝙ iſta ꝓpō. inſtans eſt indiuiſibile. non concedet̄ ſub iſto intellectu. primū mobile non eſt in hoc loco quocunqꝫ deteriato qꝺ dum ſit ibi poſſit eē quecūqꝫ ſucceſſio. ſed ſic mobile eſt in hoc loco ⁊ immediate ante fuit in alio ⁊ imediate poſt erit in alio. ita ꝙ nō eſt ſic ibi ꝙ ipſo ibidē exiſtente poſſet q̄cūqꝫ ꝯdictio verificari. ¶ Ad aliud qn̄ dicit̄. mutatio ſubita menſuratur inſtanti. dico ꝙ iſta eſt falſa etiaꝫ ſm alios q ponunt inſtās eſſe aliam rem a ſba mobilis ⁊ mutationē eſſe aliam rem a motu ⁊ mobili ⁊ omni re ꝑmanente. Nam ſm eos tam mutatio q̄ inſtans eſt res indiuiſibilis. ſed nunq̄ indiuiſibile quantuꝫ ad ſuum eſſe menſurat̄ alio indiuiſibili. ¶ Sicut ſi eſſet aliqua magnitudo indiuiſibilis nunq̄ mēſuraretur alio indiuiſibili. qꝛ non poſſet menſurari. qꝛ intellectus tm̄ dubitat quantū eſt vnū quantuꝫ aliud. ⁊ non pōt ꝑ vnuꝫ indiuiſibile de aliquo certificari q̄tuꝫ eſt: q̄uis forte poſſe certificari quantum ꝑfectuꝫ eſt. hoc eſt. ꝙ vnum eſt ꝑfectius alio. Et eodeꝫ modo nunq̄ pōt intellectus certificari de aliquo q̄tum eſt ꝑ aliud niſi qn̄ vnum eſt maius alio. vel qn̄ vnū eſt diuiſibile ⁊ ignorat̄ vtrum ſit equale vel inequale. ¶ Sed ſic non poteſt eſſe de aliquo indiuiſibili vtrum ſit equale vel inequale alteri indiuiſibili. Dico igitur ꝙ iſta non eſt vera de virtute ſermonis. mutatio ſubita mēſuratur inſtanti: ſi tamen per eam intelligatur iſta.

Vide q̄ pulchre dictum

Quādo aliqd mutatur ſubito acquirit totum ſimul ⁊ non h₃ prius ⁊ poſterius: bene pōt concedi. ¶ Ad aliud dico ꝙ illud qđ dicit phi. competere inſtāti vel nunc non eſt aliqd niſi aliquod predicabile vl' aliqua conditio adiuncta ipſi nunc vel inſtāti. Unde phi. vocat eſſe aliqñ diffinitionem ipſius. aliqñ ipſam rem importatam ꝑ aliquam determinationē vocalem aliam a ſubſtantia ipſius. ⁊ ita aliqñ vnam orationē cōnotata₃. ⁊ ita eſt in propoſito ꝙ illud eſſe alterius nō eſt aliud ꝙ̄ ꝙ cōuenit vere dicere ꝙ hoc primū qñq₃ eſt in aliquo loco ⁊ quādoq₃ in alio ⁊ qñq₃ in altero. ⁊ certe illud eſſe eſt aliud a ſubſtantia mobilis. quia eſt quedā determinatio in mente vel in voce vel ſcripto. ¶ Ad aliud dico ꝙ iſta ꝓpoſitio inſtans eſt terminus temporis. eſt vera ſub iſto ſenſu: ꝙ qñ mobile mouetur eſt in iſto determiato loco in quo prius immediate non erat. nec imediate poſt erit. ⁊ continuat tempus. ⁊ hoc non eſt aliud ꝙ̄ mobile primum continue moueri ⁊ ita ſemper ꝙ eſt in loco determinato in quo imediate prius non erat nec imediate poſt erit nec aliud eſt tempus continuum eſſe ꝙ̄ primum mobile continue moueri. Similiter qñ dicitur ꝙ aliqua pars temporis eſt preterita ⁊ aliqua futura: non deb₃ concedi ꝙ aliqua res que eſt pars temporis prius fuerit ⁊ ꝙ modo iſta res non eſt. ⁊ ꝙ aliqua res erit que modo non eſt. ¶ Sed iſta pars temporis eſt preterita. pars temporis eſt futura. ponitur loco iſtius. primum mobile prius mouebatur imediate ⁊ poſt mouebitur vel erit in loco in quo non eſt. ¶ Et ſimiliter tempus dicitur continuu₃. hoc eſt. primum mobile mouetur continue. Et ſimiliter dicitur ꝙ inſtans eſt finis preteriti ⁊ initium futuri. quia mobile primum eſt prius in vno loco ⁊ imediate fuit in alio ⁊ imediate poſt erit in alio loco. ita ꝙ tunc conuenit dicere. hoc mobile prius mouebatur ⁊ poſt mouebit'. ⁊ iſto modo iſta propoſitio. continuatio temporis eſt ⁊ ſimiliter cetere tales propoſitiones ſunt exponende.

Capitulum. xiij.

Que tē poꝛ mē ſuretur

e X quo conſtat ꝙ tempus eſt menſura videndum eſt quorum eſt menſura ⁊ quorum non. ¶ Eſt autē tempus menſura qua cognoſcitur quantū aliquid durat mouetur vel quieſcit. Non eſt autem motus abſolute menſura qua ſcitur quantum aliqd durat: mouetur vel quieſcit. ſed hoc ſcitur per aliu₃ modum puta per aſpectum vel ſenſum ipſius ⁊ ignorato ꝙ̄diu mouet' qeſcit vel durat aliqd pōt de hoc certificari cognoſcēdo ꝙ durat tamdiu ꝙ̄diu durat coexiſtentia moti dum tot vicibus voluebatur. Et eodem modo tempus eſt menſura qua cognoſcitur ꝙ vnū diutius vel equaliter vel minus diu mouetur durat vel quieſcit ꝙ̄ aliud. ſicut ꝑ hoc ꝙ. a. diutius durauit ꝙ̄. b. Si enim conſideremus ꝙ. a. mouebatur quando primu₃ mobile mouebatur ab oriente in occidens. ⁊. b. non mouebatur niſi dum primū mobile mouebatur ab oriente in meridiem. ſcimus ꝙ. a. diutius mouetur ꝙ̄. b. Et ſimiliter de ſimilibus eſt dicendum. ¶ Moneo tū ꝙ nullus accipiat exēpla niſi gratia exempli. q₂ exempla ponimus non vt ita ſit ⁊c. ſed vt ⁊c. ⁊ ideo illo modo accipiant'. ¶ Ex ꝓmiſſis ſeqtur ꝙ nullum neceſſariū ⁊ ꝑpetuum menſuratur tpe. quia de nullo tali poteſt ſciri ꝑ tp̄s quantum tale aliqd durat. Unde ſi eſſet aliqđ corpus infinitum illud non poſſet menſurari nec ꝑ finitum nec ꝑ infinitum. ſed eoipſo ꝙ apprehenderetur ⁊ cognoſceretur eſſet finitum. ita ſi aliqd imꝑpetuū duret nō poteſt ſciri per aliqd aliud quantū durat. ⁊ ita tale nō poterit menſurari.

Que ſugiant tē pus ip₃

¶ Et ſi dicatur contra. q₂ ſi eſſet corpus infinitū ⁊ ignoraret' eſſe infinitū ꝑ applicatione₃ alteri⁹ infiniti ad ip₃ poſſet ſciri eē īfinitū: ergo tūc ꝑ applicationē alteri⁹ ad ip̄m ſtatim ſciretur ꝙ eēt infinitum: quod tñ neſciebatur. ſed qñ ſcitur de aliquo ꝙ̄tum eſt ꝑ applicationē alterius ad ipſum menſuratur illo. ergo vnum infinitū poſſet menſurari ꝑ aliud infinitum. ergo eadem rōne vnu₃ ꝑpetuu₃ per aliud poſſet menſurari. ¶ Item de quo potes ſciri ꝑ tempus ꝙ diutius durat ꝙ̄ aliud menſuratur tempoꝛe. ſed ꝑ tempus poteſt ſciri ꝙ vnū perpetuum diutius durat ꝙ̄ non perpetuū. ergo perpetuū tempoꝛe menſuratur.

Inſtantia

¶ Ad primū dico ꝙ ſi eſſet aliquod infinitum corpus ⁊ totū videretur ⁊ apprehēderet' ⁊ ignoraretur eſſe infinitu₃. ⁊ poſtea ꝑ applicationem alterius infiniti ad ipſum ſciretur infinitum menſuraret' per aliud infinitū. Sed hoc eſt impoſſibile. Impoſſibile eſt enim ꝙ aliquod infinitu₃ apprehēdatur. ita ꝙ non tantū apprehendatur pars ſed totum ⁊ ignoraretur eſſe infinitum. ⁊ ideo non poteſt infinitū tempoꝛe menſurari. Sicut ſi eſſet aliquod idiuiſibile nō poſſet menſurari. q₂ impoſſibile eſt ꝙ cognoſcat' indiuiſibile viſibiliter vel cognitione propꝛia ⁊ ſimplici qn cognoſcatur eſſe indiuiſibile. vel ſaltem nullu₃ talem poſſet determinare illud eſſe indiuiſibile. Nō poteſt ergo infinitū ſciri eſſe infinitu₃ per applicationem alterius infiniti ad ipſu₃. ſicut ſi applicaret' vnū infinitum ad aliud non cognoſceretur eſſe infinitu₃. ita ꝙ propter applicationē illam non cognoſceret' eſſe infinitū. Et eodē modo nun ꝙ̄ per tp̄s ſcitur aliqd eſſe ꝑpetuum. hoc eſt nunquā ſcitur aliquid eſſe ꝑpetuum: per hoc ꝙ exiſtit tot vel tot reuolutiōibus mobilis primi. ſed ſcitur per deductione₃ vel per alium modu₃: puta ꝙ eſt ſimplex compoſitū vel q₂ non h₃ ꝯrium vel per alia₃ viā.

Solutī

¶ Ad aliud dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid tpe menſuretur non ſufficit ꝙ vnum diutius duret ꝙ̄ aliud ſed opoꝛtet ꝙ per tp̄us poſſit ſciri quādiu durat. Uerumtū quādo ſcitur per tempus ꝙ vnu₃ diutius durat ꝙ̄ aliud: op₃ ꝙ vnum illoꝛū tempoꝛe menſuretur. Unde ſi eſſent duo mobilia ſemper duratura. que tamen de nouo inceperint. quāuis hoc putem eſſe impoſſibile ſ₉m principia phi illa mēſurarentur a tempoꝛe a parte ante. quia ꝑ tempus poteſt ſciri quādiu durabant. Patet ergo ꝙ perpetuū non menſuratur per idē patet quod motus ꝑpetuus non menſuratur per tempus. quia per tempus non poteſt ſciri ꝙ̄tu₃ mot⁹ ꝑpetuus durauit vel durabit. hoc eſt. quamdiu tale mobile mouebatur vel mouebitur, ⁊ ſimiliter eſt de quiete perpetua. ¶ Sed foꝛte dubitabit

Duratō quid ſit

te dubitabit

de dubitabit aliquis quid eſt duratio rei. Ad hoc dico ꝙ duratio rei non eſt aliqua res adueniens illi rei que durat. ſed duratio non eſt niſi exiſtere dum tēpus exiſtit ⁊ duratio tanta vel tanta rei non eſt niſi exiſtentia eiuſdem primuʒ mobile totiens vel totiens. ⁊ duʒ tantum vel tantū mouetur. Patet ergo ꝙ nec res ꝑpetua nec motus perpetuus nec quies perpetua menſuratur tempore. ⁊ eodeʒ modo que ſemper nō ſunt non menſurantur tempore. quia per tempus nō poteſt ſciri de illis quādiu non ſunt. ſicut chymera non poteſt ſcir quādiu non eſt chymera. Cap. xiiij.

Omnia preter perpetua menſurātur tempore. ideo vocantur temporalia. Unde generabilia ⁊ corruptibilia tempore menſurant. quia per tempus durant. ideo duratio eorum tempore menſuratur. non autem ſcitur quantuʒ perfecta ſunt: nec quanta ſunt. Ideo dicitur cōmuniter ꝙ duratio rerum temporalium per tempus eſt. ⁊ tempus eſt menſura duratiōis: ⁊ non perfectionis. que propoſitio debet ſic intelligi ꝙ per tempus poteſt ſciri quādiu durāt res temporales. ⁊ ꝙ vna illarū diutius durat ꝙ̄ alia. ſed non poteſt ſciri quantuʒ pfecta eſt vna res tēporalia ⁊ quanta. nec ꝙ vna eſt maior vel perfectior alia. Sicut autē res tpales menſurantur tempore ꝙ̄tum ad durationem modo preexpoſito. ita omnes motus inferiores ⁊ getationes inferioꝝ menſurantur tempore. pro eo ꝙ non ſunt perpetui. Quia de quolibꝫ motu inferiori poteſt ꝑ tempus ſciri quādiu durat. ⁊ ꝙ vnus diutius durat ꝙ̄ alius. Siĺr eſt de quiete. Non ſoluʒ autem ꝙ̄tum durat motus inferior poteſt menſurari tēpore. ſed etiaʒ motus corporis celeſtis poteſt menſurari tempore. ⁊ ideo dicit phi. ꝙ motus menſuratur tpe. ⁊ tempus menſuratur motu. qꝛ vna parte pua motus vel tēporis menſurat pars magna que eſt magnū tēpus. Quāuis etiā ſicut patet ex prioribus motus celeſtis menſuret quoꝗ motu inferiori. ſicut aliqs per motū ſuū cognoſcit in quo puncto eſt ſol. ꝙ̄uis non ita certitudinalr ſicut ꝑ primū motū cognoſcit ⁊ menſurat motū inferiorē. vnde multi ꝑ motum horologij cognoſcunt horas diei vel cognoſcunt ꝙ̄tuʒ primū mobile vel ſol mouebatur hodie vel poſt ortū ſolis. ¶ Nec moueat aliquē. qꝛ dico vnaʒ partē motus celeſtis mēſurari vna parte parua. qꝛ qualiter motus habeat partes declaratū eſt. eodē modo dꝫ intelligi tps habere partes. Sicut autem tpalia entia menſurantur tpe: ita poteſt dici ꝙ illa que aliqñ ſunt ⁊ aliqñ non ſunt tpe menſurentur. qꝫ non eſt aliud ꝙ̄ dicere: ꝙ per tps poteſt cognoſci ꝙ iſta diutius fuerūt non entia ꝙ̄ illa. ⁊ ideo non eſt intelligendū ꝙ menſura habeat cālitatem vel efficientiā ſuper menſuratum vel ꝙ menſuratū dependeat a menſura: niſi forte intelligendo ꝙ menſura eſt illud per cuius cognitionē intellectus pōt certificari ꝙ̄tum eſt aliquid hoc eſt ꝙ̄tuʒ ad durationē aut quantū ad quantitatē molis vel quantitateʒ pfectionis vel virtutis. ideo ꝙ̄uis tps ſit menſura alioꝝ. tñ nō ex hoc ꝙ eſt menſura eſt cā alioꝝ: ꝙ̄uis poſſit concedi ꝙ tps eſt cauſa aliorum ſicut ponitur ꝙ motus primus eſt cauſa alioꝝ.

Capitulum. xv.

Sermo de menſura ꝑpetuoꝝ

d Dubitabit aūt an ꝑpetua que ſunt ſemper menſurent aliq̄ mēſura: puta eternitate vel euo: ex quo nō menſurantur tpe. Uidetur. n. quibuſdā ꝙ deus menſuret eternitate ⁊ ſb̄e alie ītellectuales euo. Sed mihi videtur ſm opi. phi. ꝙ preter tempus nulla eſt menſura qua menſuratur duratio cuiuſcunꝗ. Quod enim deus non menſuretur eternitate manifeſtum eſt. quia ſi ſic. aut iſta eternitas eſt deus: aut alia a deo. non deus. quia nihil menſuratur ſeipſo. tunc enim aliquid menſuratur quando intellectus certificatur de quantitate alicuius. hoc eſt: quantum eſt vel quantum durat mouetur vł quieſcit per aliud. ⁊ per conſequens ſeipſo non menſuratur. ſemp enim menſura aliqua cognitione notior eſt menſurato. eo ꝙ ꝑ menſure notitiam accipiat intellectus notitiam menſurati quod menſurat. quāuis nō accipiat omnē notitiam menſurati: quia non incomplexam: imo illaʒ preſupponit. ſed accipit notitiam complexam. ſicut aliquis cognoſcens pannum ſed neſciens vtrum ſit trium vel quatuor vlnarum vel plurium. per vlnam deuenit in notitiam talem ſiue certitudinem ꝙ pannus eſt tot vel tot vlnaruʒ. Sicut aliquis ſciens ꝙ aliquis mouetur ⁊ neſciens ꝙ̄diu mouetur per tempus cognoſcit ꝙ tamdiu vel tamdiu mouetur. patet ergo ꝙ nunꝙ̄ aliquid ſeipſo menſuratur. Et ita non mēſuratur deus eternitate ſi illa eternitas eſt deus. Nec poteſt dici ꝙ menſuretur eternitate que eſt alia res a deo. quia nulla res inferior poteſt eſſe menſura dei. ⁊ ita deus nullo modo mēſuratur ſed eſt imenſus. hoc eſt non menſuratur.

Dei duratō nullam hꝫ menſuram

¶ Item probo ꝙ alie ſubſtātie non menſurentur euo. quia quero quid eſt illud euū aut eſt ſubſtantia aut accidens. non ſubſtantia. quia eſſet ſubſtantia intellectualis. Et manifeſtū eſt ꝙ vna ſubſtantia intellectualis non menſuratur alia quantum ad durationem. quia nunꝙ̄ per vnam ſubſtantiam intellectualem poteſt ſciri de alia quantum duret. nec illud euum eſt accidens. quia per tale accidens non poteſt ſciri quamdiu durat ſubſtantia intellectualis. ⁊ ita ſecundum viam philoſophi ſubſtantie intellectuales ⁊ corpora celeſtia ſecundū ſuas ſubſtantias: eo ꝙ ſunt perpetua: non menſurātur aliqua menſura. quia per nullam menſuram poteſt intellectus ſcire quādiu durant. ſed ꝙ ſemper durant: hoc ſcitur per rationeʒ: ⁊ non plus ſcit per tempus ꝙ durent ꝙ̄ per eaʒ ſcitur ꝙ tempus ſemp durat.

Quod intelligētie euo nō menſurētur

¶ Sed nunquid de perpetuis poteſt cōcedi ꝙ ſint in tempore. ſed ꝙ non menſurētur tempore. Dico ꝙ proprie loquendo ſm phi. non debemus concedere ꝙ ſunt in tempore. quia eſſe in tempore non eſt eſſe qñ tempus eſt. ſicut nec eſſe in celo eſt eſſe quādo celum eſt. Sed eſſe in tpe eſt menſurari tpe. qꝛ ſm eundem nihil eſt in tpe. hoc eſt. nihil menſurat tēpore niſi excedatur a tempore. hoc eſt. minus duret ꝙ̄ tpus. qꝛ de

Opa in tellectuſ tpe mēſurant.

nullo alio pōt ſciri per tempus q̄diu durat. ¶ Sed dices ⁊ queres de opationibus intellectus vtrū menſurent tpe. Dico breuiter de oibus que aliqñ ſunt ⁊ aliqñ non ſunt ſiue corporalia ſiue incorporalia ſiue ſpūalia que coexiſtunt tpi vere mēſurant tpe. ⁊ ideo ſicut tales intellectuales opationes ſiue ſint in ſubſtā tijs ſepatis ſiue in alijs quibuſcūq; ſi incipiāt de nouo fieri mēſurant tempore. Sed mutatio ſubita que nō coexiſtit tēpori nō tēpore mēſurat. ⁊ ideo ſi eſſet aliqua res que ſtatim deſineret eſſe:illa nō mēſurare tur. q: nulli tēpori coexiſteret ſicut multi ponunt de inſtāti ⁊ de mutato eſſe. Sed dico q̄ ſm viā phi nulla eſt res talis nec eē pōt. q: ois res que accipit eſſe p tempus durat ⁊ tempore menſurat. q: per tēpus poteſt ſciri q̄diu durat. Cap. xvj.

Quō tē pus ſe hēat ad aiam.

